2333

JOHN CARTER BROWN
LIBRARY

Purchased from the
Trust Fund of
Lathrop Colgate Harper
LITT. D.

10470

# COSMOGRA-
# PHICAE DISCIPLINAE COM-
pendium, in ſuum finem, hoc eſt ad Diui-
næ Prouidentiæ certiſsimam de-
monſtrationem condu-
ctum.

ADDITA EST RERVM TOTO
in Orbe geſtarum Σύνοψις.

ITEM,

Quot, quantæq́; Chriſtianarum Gentium natio-
nes, nobis hactenus incognitæ, in Vniuerſo ſint,
quæ à noſtro Orbe lumen Euangelij ſibi
Reſtitutum iri credunt.

*GULIELMO POSTEL-
lo Authore.*

Cum locuplete rerum & uerborum memora-
bilium INDICE.



*BASILEAE, PER IOAN-
nem Oporinum. 1561.*

*CHRISTIANISSIMO PRINCI-*
**PI, DIVO FERDINANDO ROM.**
*Bohem. &c. Regi, Duci Auſtr. &c. ſumma prudentia*
*bonitateq́; Imperatori, ſumma opta-*
*tur fœlicitas.*

EX QVO rerum æternarum ſtudium, temporalium curis mihi anteferendum eſſe ſeriò, relictis uitæ prȩſentis adminiculis duxi, Sereniſsime Princeps, duos meȩ præſentis uitæ ſcopos mihi prȩfixi. Primum, ut toti orbi terrarum, ſed ante omnia Latini Romaníue regni alumnis redderẽ rationem earum rerum, quæ hactenus credendæ fuere: poſtea autem etiam intelligendæ ſunt, & in Religionis toti generi humano clariſsimȩ, qualis ſola Chriſtiana eſt, unione & conſenſu ſunt habendæ. Alterum, ut illis Gentibus quæ ſunt Latinæ huius aut Iapetinæ linguæ uſu deſtitutæ, Arabicæ uidelicet, atq; Syriacæ, ipſius Chriſti propriæ, uſu coactæ, hoc ipſum Rationis beneficium cum Euangelij per typographiæ artem multiplicati luce, etiam conferatur, in utrumq; inſtitutum comparaui certa & neceſſaria adminicula. Nam ad hoc ut primum fiat, Opus de Orbis terræ concordia pridem editum, cum uarijs appendicibus ſcriptorũ, in lucem emiſi: & tandem eò omnia reduxi, ut in uno Opere ſubnixo Ratione humana prius quàm Diuina authoritate, cuius utriuſque ſupra ſepties mille loca teſtimoniorum allego & ſuppedito, cognoſcatur, etiã penes Catholicos,

nedum inter hæreticos, iam ante 1200 annos Chriſti cognitionem pluſquam ſolido triente periiſſe: in quam rē, poſtremo conatu Opus cui titulum feci CHRISTVS, elaboraui. Vt autem fiat ſecundum, quatenus per meam ſummam paupertatem potui, maximam Arabicorū uoluminum copiam comparaui, & in has noſtri Latini orbis prouincias attuli, quorum uoluminum copiam maximè in noui Teſtamenti exemplaribus antiquiſsimis, meis in ſarcinulis librariis habeo Venetiis: reliqui autem fuerant ante VI annos duci Bauariæ illuſtriſsimo principi Otthohenrico ducētis aureis oppignerati, quos alioqui ne mille quidē iuſtè perſolui poſſe putē: credo aūt poſt eius mortem tanquam ſummos theſauros, penes hæredes eius in ſummo precio & cuſtodia haberi, licet nō cognoſcantur. Nam uel unus Abilphedeas princeps Coſmographus, uix ſexcētis coronatis perſoluatur. Inter cætera autem Damaſcenus in ſua lingua propria Damaſcena Arabica ibi adeſt, pro reddenda ratione noſtræ fidei toti Iſmaelitarum orbi: ſimiliter & Pentateuchus antiquiſſimo uolumine, & alia pleraq; mea ſollicitudine non indigna, in Bauaria ſunt. Attuleram uerò præterea pro Syriacæ linguæ alumnorum Chriſtianorum gente, in tota Semia ad extremum uſque Aſię diffuſa, ut eam ab Iſmaelitarum tyrannide ferè ubiuis oppreſſam (eo quòd, ubicunque poſſent, Euangelii in ea ſanctiſsima Chriſti lingua ſcripti exemplaria rapuere & cōbuſſere, deſtruxerunt'ue) liberare, aut quouis modo iuuare &

re & refrigerare ualerē: attuleram inquam exemplar fideliſsimum noui Teſtamenti, quam ad rem meo ſuccurrens deſiderio pridem etiam eiuſdem linguę manifeſtãdę ſtudio incitatus Daniel Bombergus, curatore ſuarum rerum Iohanne Renialmo impenſas ſuppeditauerat: à cuius conquirendi peregrinatione quū uix rediјſſem, ſe ſtatim mihi Venetijs obtulit Caſsis ille ſacerdos'ue T. M. notus, Moſes Meſopotamius Syrus, uetuſtis exēplaribus inſtructus, cuius opera ſum uſus ad mei collationem, eo quòd meum erat recentius ſcriptum: ubi tamen nil planè nec à Græcis exemplaribus, nec ab ipſis Syris inter ſe, eſt inuentum differentiæ. Quum autē, poſtquam triennio aut ſuprà, ut dicebat, Romæ fuiſſet in curanda editione typographica noui Teſtamenti, nec potuiſſet ab illis, qui colantes ibi culicem, glutirent mille camelos unà, impetrare, ut tam pium & neceſſarium opus ederetur, quo totus poſſet Oriens reparari, aut ſaltem in fide retineri: & tandem rebus deſperatis, re'que infecta uellet in Syriam redire: ego unà cum Renialmo illo Bombergi curatore fui illi author, ut non ſic diſcederet re infecta. ſed quum accepiſſem dudum fuiſſe in magna authoritate penes Ducem Bauariæ Ioh. Albertū Vuidmanſtadium, cum quo antea Romæ ualde magnam amicitiam, ob inſignem omnium literarum, maximè autem ob ſecretioris inter Hebræos doctrinę myſteria, quibus præditus erat, contraxeram: uenit mihi in mentem, ut ad illum (nec enim ſciebam eius fortunas bello Germanico in

Cęſarem fratrem tuum ſuſcepto perijſſe) Moſem mitterem. Mirabilis uerò Deus in operibus ſuis. Ecce cõmodum ſe offert Reginaldus Polus, Romanæ Eccleſiæ purpuratus Senator, qui Germania iter in Angliam faciens, colligit ſuppeditatis neceſſarijs ad illud iter ipſum Moſem. quumq́; is ad Danubij uſq; confinia ueniſſet, audit Vuidmanſtadium à tua Maieſtate in Cancellariatus gradum fuiſſe accerſitũ & promotũ. Vt ad eum eſt profectus, ſtatim unà D D. Gienghero & Iona apud te huius rei ſatagentibus, Moſis, imò CHRISTI in Moſeh negocium fuiſſe ita apud tuam Maieſtatem diſpoſitum, ex ipſius literis intellexi, ut nil aliud obſtaret, niſi typographiæ ordinandæ curatio, quin ſtatim res in ſuum finem duceretur. Admonueram enim, rogaueramq́; ipſum Moſem, quum illi literas illas ad Vuidmãſtetterum dederam, quarum fide & ſuaſione hominem agnouit, & opus ſuſcepit, ut ſtatim ad me ſcriberet, quem ſucceſſum rerum ſuarum ipſe inueniſſet: quod & fecit, ubi primùm potuit, & expoſuit quónam in loco & æſtimatione penes Cancellarium nuper factum, ſed maximè penes Maieſtatem REGIS Romanorum res eſſent, ita ut non niſi difficultate ordinandæ tantę molis officinæ retinerentur. Hoc ubi audiui, non potui mihi temperare quin ſtatim, meo auxilio hoc negocium promoturus & curaturus, aduolarem. Inſperantibus itaq; & ipſo Cancellario & Moſeh, ut optimè in Epiſtola qua tuæ Maieſtati opus Chriſtiani Euangelij (cur enim Chriſtianum

per

per αὐτωνομασίαν non dicam, quo Chriſtus ſua ſacroſanctiſsima placita familiari maternáq; lingua exponere uoluit, & unde contra innumeros deprauatores exemplarium & ſentẽtiarum Chriſti ſummum ueritatis remedium & teſtimonium fidele, tãquam ex ore ipſiuſmet Chriſti profectum ſuppeditetur?) ipſe Cancellarius inſcripſit, notauit, ſtatim adfui, non ſine diuinæ Prouidentiæ numine. Nam præterquam quod ſtatim apud Gaſparum ſculptorem curaui rem ipſam pro utriuſq; linguæ apparatu (characteres enim Arabicos minuſculos etiã ibi exculpi curaui, nedum Chriſtianos fundi ſuis legibus feci) Deus bone quãta humanitate me excepit tua Maieſtas? Vel unum hoc fidẽ fecerit, quòd ubi uix tuæ Vniuerſitatis ſummis profeſſoribus ex priſco ſtudiorum uſu 80 aureos numos in annum ſalarium curares, mihi ſtatim ab ipſo ingreſſu 200 repræſentari ſtatuiſti: non tam ideo, quòd penes Regem Galliæ Franciſcum, bon. memo. eadem ſalaria antequam pro Concordiæ orbis ſtudio & Peregrinationũ neceſſariarum curis pro conquirendo Peregrinarum harum linguarum Euangelio neceſſariò ſuſcipiendis illa reliquiſſem ſtipendia, tantundem docendi cauſa habebam: ſed quia à Cancellario acceperas, me uel longè maioribus eſſe retinendum, ut tam nobile opus ex Coronæ tibi Diuinitùs concreditæ Regno, cura & umbra procederet. Quid enim unquam poſſet fieri maius, quàm ut à Romanorum Rege, quo uocabulo longè ipſe es quàm uel mille Imperatoris nominibus illuſtrior,

illuſtrior, quùm ob ueritatem & humilitatem: tum eo quòd nongentis fermè annis antequam Regis Romanorum titulus ſub Chriſti authoritate naſceretur, diuinitùs à B. Methodio martyre fuit in hanc rem reuelatus, ut REX Romanorum CHRISTI regnum ex Occidente in Orientem reducat, & ſuper Caluariæ montem coronã illi redditurus ubiq; promoueat (quod utinã legitimis armis iuſticiæ, ſicut Euangelij regno illuc iam remiſſo feciſti, tibi, ut facias, concedat IESVS) Euangelij lux uotis & liberalitate comitata, in Orientem uſque extremum refundatur. Adfui itaque, donec exornata fuit tua Typographia: ſed ſtatim, rogato prius Cancellario ut ducentos ſtipendij mei aureos curaret ex ęquo à tua Maieſtate ſaltem in finem uſq; Operis diuidi in Moſem & typographum, paulo pòſt coactus ſum cõſcientię ui repetere Venetias. quibus uerò de cauſis, in alia Epiſtola, quam ſtatim tuæ Maieſtati mittendam deſtinaui (poſtquam quadriennij, meæ † conſcientiæ legis Diuinæ æqualis probandæ cauſa, moleſtias ultro & uoluntariè ſuſceptas, & aliquid ſuprà abſolui) iam pridem tradidi, expoſuiq;. Vnde nunc, ut T. M. ad reliquum Operis horter, hoc tam breue, ut breuius excogitari non poſsit, Compendium Coſmographiæ tibi, non ſolum ut habeas, ſed ut legere poſſis, inſcribo: ut in eo maximè uideas, ex innumeris Chriſtianis toto in Oriente diſperſis, & nobis antea ignotis, quantam utilitatẽ per pauculas Typographiæ Euangelij Chriſtiani impenſas toti Orbi

† Thomas Aquinas ex Pauli ſententia certiſsimè in Commẽtarijs ſuis in Paulũ colligit & demonſtrat, quòd cõſciẽtiæ & legis diuinæ idẽ eſt iudicium, quia utraq; apud Deum aut abſoluere aut condemnare poteſt.

ti orbi terrarum reſtituendo Euangelium attuliſti, quum maxima pars illorum Chriſtianorum ipſa Chriſti lingua utatur. Quum enim ſolius typographiæ uſu uideamus hodie cuiuſcunque generis doctrinas, opiniones, dogmata, quantumuis etiam peſsima aut uana, totum in orbē tranſfundi: dubium non eſt, quin illud ipſum per puriſsimam illam Euangelij lucem in lingua Redemptoris à te primò expoſitam facias, quod Satanæ factiones eadem typographia duce faciunt. ita ut, ex quo mundus eſt creatus, nullus Rex fuerit te uno ob hanc rem fœlicior. At ut uideas quàm longa nobis uia ſuperſit, in Iſmaelitis etiam ſuæ ampliſsimæ linguę uſu per Euangelij Arabici typographiam ad Chriſti regnum attrahendis, & quàm etiam latè pateat ſceleratū Chameſitarum Babylonisq́ꝫ alumnorum regnum: in eodem Opere expoſui ſucceſſum rerum, quæ toto in orbe terrarū ſunt geſtę: ita tamē, ut ex mea expoſitione aſsidua diuinæ Dei & Domini N. IESV CHRISTI cura & particularis prouidentia uideatur, donec Chriſtianiſmo nō tantum duce Authoritate ſacra, (quæ facta eſt toti orbi, maximè autem noſtri ſæculi neſcio cui Chriſtianiſmo ſumma hypocriſi & tyrannide latente refertiſsimo, pluſquàm ridicula) ſed maximè duce Ratione naturali, cuius ſolius illuminandæ & reſtituendæ gratia Chriſtus & AD NOS & INTRA NOS aduenit, munito & roborato, non tantum intelligamus credenda, ſed etiam toti orbi terrarum rationem de ea quæ eſt in nobis fide reddamus. Eſ-

ſent autem in hanc rem conquirendi & libri Arabici optimi, maximè Lexica ampliſsima quæ ob ſummã paupertatẽ habere adhuc nequiui: & eorum ſcripta, qui in Hiſpania etiam Arabicè contra Iſmaelitas ſcripſere: maximè autem, inter innumeros captiuos qui in Italia, Sicilia, Sardinia, aut Hiſpania ex Iſmaelitarum gente retinentur, & ſunt iam uel Italicæ uel Hiſpanicæ linguæ periti (quales, ſi quis quęrat, permultos inueniri non eſt dubiũ, ut erat inſignis ille Ioannes Leo Afer) ſunt in libertatẽ uocandi, & præmijs alliciendi, ut noſtrates fideliter ipſam Semihebraicam linguam Iſmaelitarũ doceant. Si quid ego poſſem præſtare aut in hac Syriaca, aut in Arabica, non recuſarem, lubentiſsimé que etiam mendicando uictum, nedum cum ſtipendijs in hãc rẽ collatis docerem. At reuera nil ſcio in utrauis lingua: ſed tamen, quod ille aiebat,

*— Fungor uice cotis, acutum*
*Reddere quæ ferrum ualet, exors ipſa ſecandi.*

Qualecunq; autem eſt quod ſum aut poſſum, toti Reipub. Chriſtianæ, maximè uerò tibi uni uirtutis ergò, Regiæ autem Maieſtati tuæ tanquam primario Regni CHRISTI miniſtro, in amplificationem ipſius Regni IESV Chriſti dicatum & conſecratum cupio, uolo'que. Vale Princeps Deo per omnia obligatiſsime: & quod feliciſsime meæ procurationis occaſione cœpiſti, perge certam uocationem tuam faciendo diligenter exequi. Vocationes enim conſtare reuera non ex nomine, ſed ex opere, oſtendit non ſolum qui negauerat

uerat patri operas filius, ſed & Moſes, ob minimam ceſſationem à ſua uocatione, ne populum Dei intra terram ſanctam introduceret, reprobatus. Et admiranda, miraculoſa'que etiam priuſquam conciperetur Regis Franciſci prænunciata à B. Franciſco de Paula uocatio ad Regnum, tribus gradibus tum ab ea familia diſtans (ut aliquando in eius uita expoſitũ reddam) clariſsimè oſtendit, totiq; orbi terrarum teſtificatũ reddit, quàm fruſtra de fide & uocatione quantumuis maxima ſibi plaudat, quiſquis operibus uocatione dignis certam ſuam uocationem facere non ſatagit. Iterum uale, ex noſtræ Ciuitatis loco ad 30 grad. long. & 48 ½ latitud. conſt. anno à Salute mundi 1561: ſed à coæquatione legis noſtræ cum lege ſcripta, quæ fuit 1547 anno 14: à mundo autem condito, poſt tempus 1656, & tempora 1547, & 1561, & dimidium temporis primi 800, annorum 5564, ſexto uidelicet millenario pro ſexta creationis die ſecũdum creationis Adami tempus currente, ut politicus uniuerſaliſq; nũc fiat homo, ſicut unicus & perſonalis tunc factus eſt: cuius ut iuridicum & uerum es, ita reale & actu in uniuerſo receptum Caput ſis, & Habearis, Deum Opt. Max. oro.

T. M. obſequentiſsimus
ſeruus Gulielmus Poſtellus.

A Brahamemit Adami ſepulchrum 46
Abrahami corpus 18
Abrahami uictoria. 52
Abrahmanes 31
Achſaueroſſcius, qui & Aſſuerus & Artaxerxes 52
Adami locus ſacer. 46
Ægeum mare 12. 34.35
Ægypti Chriſtianiſmus omnino prętantiſsimus. 43
Ægypti regis affectata ignorantia 48
Æquator & horizon, ubi idem. 7
Æthiopes Chriſtiani 41. Iudęi facti. ibid.
Æthiopes in zona torrida nulli in Atlantide 38
Æthiopes CLXXX annos etiam noſtro ſęculo uiuere 64
Æthiopum hiſtoria notanda 39
Æthiopia. 17. oriẽtalis 14
Albion 34
Alcorani nugæ 45
Alexãdri Magni cohibitus furor in Iudæos 51
Amanus mons 10
Amos ſentẽtia 40
Antiochię epiſcop. 70
Anglia 34
Anglica nauigatio. 4
Annus decimeſtris falſus 61
Antipolis, ubi Roma 59
Aphrica 1. propriè 17
ἀφέμη quid 16
Aquilo IVRRA 7
Aquilonaris Atlantis 4
Arabia 18.38
Arabicæ linguę neceſsitas pro conuertendo mundo 77
Arami 27
Arapachitis 28
Archipelagus 34
Argon rex 72
Armania 27
Armanly. ibidem
Armeni. ibidem
Armeni epiſcopi in Giapan 70
Armenia 15. Scithica 20
Arnobij de tẽporibus ex Varrone ſententia 55
Aromata, gemmæ, metalla ubi 9
Arpaxad 28
Arrianiſmus 44
Arſareth 20. ubi 50
Arymi 27
arx in Auẽtino mõte 59
Aſa rex 39
Aſia 1
Askenazij 25
Askenazius primogenitus Gomeri 24. Germanorũ ius ſecundò aſſerit 23
ἀσαραμώθ 31
Aſſeneth mater Efraim 45
Aſſyria 15. Iturea 21
Aſtronomiæ peritus Iapetus 57
Atlanticũ mare 57
Atlas 2. mons 57
Atlantis 2
Atlãtidis Auſtralis menſura 36
Aquilonaris magnitudo. ibid.
Atlãtidis circuitus. 13
Atlantidis utriuſq; fig. 5
Atlãtidi uicinæ inſ. 34
Auctoritas & ratio ubi 16
Auguſtus quãto tẽpore à diluuio 55
Aurei ſæculi ordo. 29

B

Baal quis deus, ut inter gentiles 49

Baalim

Baalim 40
Baalphegor 49
Babylon 18.28.38
Babylō baſis Macedonici etiā regni 21
Bagdad 74
Bargu Malacchæ oppoſita regio. 6
Baſilea occidua 4
Bebel Mandel 10
Bec 27
Bonæ ſpei promōtorium 2.11
Bonzi qui 75
Boſphorus Thracius 12
Britonum promontorium 14

C

קרר 39
Cadmon, qui & Cadmus 22
Canaani occupatio 47
Candia 34
Cātabricus ſinus 12
Cappadoces 19.24
Captiuitas Iſrael a.70.48
Caroli magni tempora 58
Carthaginenſes 42
Cataianū regnū 6
Catainum littus 35
Cattigara 4
Chaldaica conſtellatio 46
Chameſes excōmunicatus 16. bis excōmunicatus in omnia ſanctorū nomina inuolauit 56
Chameſis poſſeſsiones 17
Chameſia 2
Chameſię ambitus 11
Chameſiæ Aphricęue figura 5
Chameſiæ odores ubi 43
Chameſię partiū diſtantia 35
Chameſitarum ſtudium 58
Chami Chameſisue pars 15
Chan 71.72. quid ſignificet 21
Chanaan 18
Chananei populi 10.19
Chanoch filius Caini 28
Chanocha urbs Caini. ibidem
Chaſdiæ Æthiopes 14
Chaſdiæ forma 4. fretum 13
Chaſdiæ pars 33
Chaſſarmaueth 31
Chaſſarmoth. ibid.
Chauę ſepultura 46
Chauilah 18.31
Chebron 47
Cheuuli 18
China regnum 6
Chineum littus 35
Chingis Chan 70
Choſroes Perſarū rex 44
Chriſtus aurei ſeculi confirmator 29
Chriſti ad unicum Pontificatū & regnum oēs mundi prouinciæ cōducendę 54
Chriſti Pontificatus & regnū 16
Chriſti uitę umbra 69
Chuſs quid 17
Chus niger ex albo parente. ibid.
Chuſs Saul 39
Chuſſei Iſraelitę 39
Chuſsi filij 18
Chuſſus 39
Circuli ſphæræ 8
Cloacę Romanę fabrica inter miracula mundi 60
Colūna in aere appenſa 73
Comari 21
Coniunctio maxima quæ 57
Conſilium Apoſtolorum 64
Cōſtantini error 61
Conſtantinopolitani Imperij ſplendor unde 23
Coran Muhamedis 31
Coranicæ nugę 72
Corn granū, uoce Germanica litera r trāſpoſita dicitur 19

Corpora V intra cœlum 1
Corſica 34
Corteſij ſinus 13
Coſmographici cõpendij ſcopus 16
Corocondama peninſula 10
Creta 34
Cuba ibid.
Culhua 33
Culhuacan 33
Culhuacana 70
Cymbri 19
Cymbrius Cymeriúsue Boſphorus 10
Cymerij 19
Cymrus, qui Gomrus 23
Cyprianus Afer 43
Cyprij 27
Cyprus 34
Cyrenaica 17
Cyrus 49
Cythij 27

D

Danimarkia 12
Danieli ſtatua oſtenſa 18
Danubij oſtia 12
Dardanelli ibid.
Darius 47
Decemuiri Sibyllini 32
Demonſtratio Romulei erroris 61
Deus promiſſa ſeruat 50
Dei admiranda opera in ſeruandis locis ob ſepulturã Adami aliorumq; Patriarcharum ſacris 51
Dei miranda etiam erga ingratas gentes prouidẽtia 50
Dies æterna ubi 9
Diluuium 15
Diluuij memoria 19
Diſpunctionum libri 33
Diuina uindicta 38
Dodani 27
Donatiſtæ 43
Druidæ 58
Ducis Venetiarum pileus 5
Duuina fluu. 9.10 oſtia 11

E

Eccleſię duo hoſtes, Satan inuiſibilis, Cham uiſibilis 62
Elam, Elamitæ 28
Elis 27
Erembi 27
Eſtera, q̃ & Eſter 52
Eubœa 34
Eunuchus Candacis 41
Europa 2

F

Florida regio 14
Frãci ab Argono ſollicitati ab extrema uſq; Aſia 72

G

Gadira inſula 12
Galathæ 19
Gal fluctus Heb. 20
Galli 19.55.58
Gallorũ & Germanorũ ex Italia diſceſſus cur 24
Gallorum fratrum cõfinia Germani habitant 26
Gallia 12.44
Gallicus ſinus 12
Ganges fluu. 10
Gedroſis 38
Gemrani 19.20
Germani 23
Gẽtes Alcorano deprauatæ imbutęue 45
Gentilium ſacra 32
Getuli 18
Giapã 34. inſula 69. ubi 70
Giapanæ religio 75
Giapangui 34
Giauæ inſulę duę 33
Gigantum promontorium 36
Giochã Belul q̃d 67
Goa ciuitas 10
Gog & Magog 71
Gomari 21
Gomer 19
Gomeri poſteri quo abiere 58
Gomeritæ 19
Gomeritę Galli quãdo nouũ orbem inuenerint 58
Gomrani ibid.
Gomrus 20
Gotthi 25.44
Gotthorum nomen unde 25
Græci Europæi 22


Græcia

Græcia 12.19
Gronlandia 4.11
Gumbri 19
Gymri ibid.

H

Haberi & Eſſe differunt 50
Hadriaticus ſinus 12
hæreticorũ mos 23
Hattal, & Attalus qui 56
Hattalus 23
Hebræorũ ſecreta, & neceſſaria traditio 38
Hellas 27
Helleſpontus 12
hemiſphęrium ſuperius 7
Herculis fretum 11
Hercules multi 56
Hirlanda 34
Hirtij & Panſ.cõſs. 55
Hiſpani 12.22
Hiſpanorũ uictorię 57
Hiſpania 38.44
Hiſpanię figura 4.5
חטל 32
חתל ibid.
Hittalus 23
horizon rectus 6. obliquiſsimus 7
horizõtis officiũ 6
horizõtes quot, ut & hemiſpheria eſſe poſsint 6
Hormuſia inſula 10
Hudi 31
Hybernia 34
ὑπερβόρεοι montes 8

I

Iacob ꝑ Ioſeph & Ephraimo emit loci ſacri ius 47
Ianalia 59
Ianiculum 55.60
Ianus, qui & Noe, duas urbes fundauit 55
Ianus ſiue Noachus, ex Armenia in Italia uenit 20
Iani locus ſacer 56
Iani memorię à Romulo extinctę 60
Iani urbes duæ 59
Iani multi 56
Iapetiæ amplitudo 35. fig. 5
Iapetiæ uicinę inſulę 34
Iapetina primogenitura 22
Iapetitæ bis in ſua in Aſia Semia'ue iura redierunt 51
Iapetus 2
Iapetus Attalus, Atlas 57
Iapetus in ſua poſſeſsione memoriam ſui non reliquit 56
Iapeti & Iani patris aduentus in Italiam 23
Iapeti pars 15. etiã in Semia 10
Iapeti poſſeſsio 19
Iapeti multi 56
idola deſtructa 69
Iebus 28
Iectanus 30
Ieruſalem 28
Ieſuitæ in oriẽte 69
Ieſuitarũ epiſtola. ibidem
Imaus mons 31.71
Indi 31. color. 38. fluuius 10
Indi, regi Sueuię dati 4
infirmos maximè ſupportarũt in fide Æthiopes 65
inſulæ DCCC. 33
Iones 22
Ionum literæ quæ. ibidem
Ionium mare 35
Ioſephus certus rerum 27
Ioues multi 56
Iſlanda 34
Iſmaelis maternũ genus 44
Iſmaelitarũ de Chriſto & eius fide opiniones 76
Iſmaelitarũ & Chriſtianorum cõtentio 73
Iſmaeliticę in Turcarũ regno gentis ſplendor unde 23
Iſraelis diſcrimen cur 47
Iſraelitarũ bellũ do-

meſticũ à uicinis 48
Iſraelitarum dereli ctio, uti & gentium, MM. an. 51
Iſsicus ſinus 10
Italia 5. quãdo primùm, & à quib. habitata 55
Iucatana peninſula 13
Iudęi Turcas uocãt Togorma 26
iuſticia diuina 49

L

Lactantius Afer 43
lacus Catainus 11
Latinorũ literę 22
leonis ſigni uis ubi 46
Lesbos 34
literę diluuij 22
Lybanus 15
Lybies 19
Lydi. ibidem
Lydij 24

M

Madai 21
Meotis 12. palus 10
Magaglianeſiũ fretum 2
magi Tharſenſes 31
magicas maleficas artes Chameſes in Italiam attulit 56
Magog 20. Scitharum parens 21
Magogia. ibidem
Malaccha 10. promont. 6
Malauarorũ littus 10
Malauari populi 6
Malauarrij populi 66
Mamre 47
Manichei 43
mare rubrum 4
Marinus Tyrius 33
Martini Bohemi fretum 2
Matthęus apoſt. ubi occiſus, & à quo 64
Mauri 40
Mauritanię duę 17
Mauruſij 40
Media 19.21
Medorũ rex, quia erat Iapetites, tẽplum reædificat 49
Melchiſedek ubi, & quãdiu Pontificem egit 47
Melchiſedecki ordo 30. ſedes 18
Melchiſedeki pars 15
Melchiſedekianus ordo 29
Melichus Solomonis filius in regina Sabba 67
Mello 28
meridiani quot eſſe poſſunt 7
Meſſa mons 31
Meſſech 23
Mindenaa 34
miraculũ 73. & 74
Mitzraim 23
Mitzrain Ægyptus 17
Moluccæ 33
monachorum hypocriſis 75
monarcha uniuerſi 43
monarchia Satanę 18
monarchiæ IIII. 29
mons loco motus 74
montium fracturæ conſiderandæ 3
Moſſoch 23
Mouccæ inſ. 4
Mſchichah 68
Muhamedes 45
Mũſteri dubitatio 63

N

Nazaran 69
Nefarius gygas Cham 17
Negroponte 34
Nemrod Chuſsi filius 18
Nemrodi tempora 46
Neſtoriani 69
Nigri oẽs unde 40
Nilus 4
Nili orientale oſtiũ 10
Noachi domus 15
Noachi Iani'ue prima inſtitutio 19
Nomadica uita 27

Nomina primò audita magnas in Regnis prouincias continebant 54
Nombre de Dios urbs 13
Nouus mundus 2
Noui orbis incolæ 32
Numidia 17

O

Obys fluu. 11
Oriens ęternus ubi 25
Origines uniuerſi 14
Ophir 32

P

Panama ciuitas 13
Paphlagones 24
Paradiſus deliciarũ finalis Chriſtus 29
Paradiſus terreſtris 25
arallelus littori Chameſię par, ad xxxv. grad. 38
Paupertas, opprobrium, dolor, Virtutis comites 71
pecuariæ rei attenti patres 17
Pedir 33
Pelopõneſi figura 4
Perſæ 42
Perſæ ab Iſmaelitis uicti 26
Perſarum opes florentiſs. 52
Perſicum mare 10
Perſis 37
Perſis ſubiectę prouinciæ 120. quæ fuerint 52. & 53
Peru 4. 32
Pharaones 48
Pharſiſtan Perſia 76
Pharuſij 42
Pheru 32
Phœnices 22
Phryges 26. 27
Phrygio Conſtantinus, & alij reſtitutorum Chronicorum ad ueritatẽ Heb. autores 54
Phuth & Phutei 18
pilei terrę 8
Planetarũ motus 8
Plutus 22
Põtifex Vmchan 21
Ponticus ſinus 10
Presbyteri Ioannes ubi 53
Pretijanus 20
Pretoianus 50
Pretoianes alter 66
Propontis 12
Prouidentię Dei demonſtratio 15
prudentia aſtuta 75
Ptolemæi regis reductio in Ægyptum 43
Pueri recẽs nati geli da aqua merſi 26
Punica fides 40

Q

Quartodecimani 70
Quezalcouatlius. ibid.

R

Rationalis Chriſti prudentia 62
Regina Saba 41. uel Sabba 67
Reinenſes 26
Regna olim frequẽtia 53
regna omnia mundi à qua gente orta 15
regnorum & ciuitatum baſis Chriſtus 30
Renani 26
Reſp. perfectiſsimi exẽpli qualis 54
Rex Pontificis hæres 65
Rex regum Semianus 61
Rex ſacrificulus 32
Reges plus tempore ab Iſrael petiti 48
Rhegma 18
Rhegini 25
Rhenini 25
Riphath 24
Riphei 24. hyperborei. ibid.
Rodanij 27
Roma 19
Roma ante Romulũ maxima urbs 60
Romæ & Ieroſolymis multi Æthiopes 65

Romulus Chameſita 59
Romuli aſtus 59

S

Saba 31 regina 18
Sabba 41
Sabbatha 18
Sabthaca ibid.
שהר 39
Sacri libri penes quos faciunt fidẽ originum 15
Sagittarij influentia 23
Salem 28
Samarcand ciuitas 73
Samaria 47
Samauthes 22 cœleſtis. ibid.
Samothra 33
Sandominghia 34
Sarah 45
Sardinia 34 & 38
Sarmathæ 31
Sarmauthica uita 68
Satanę ſedes 21
Saturnalia 58.59
Saturnia 55.58
Saturnus 56
Saturnus peſsimus Chameſes 23
Saturnus Satornúſue quid ſignificet 56
Saturni multi. ibid.
Sauromathę 31
Scelus Chameſis 38
Schiahcah quis 66. 68
Schicha 68
Schondiana peninſula 12
Scith, qui eſt Sceth, parens Scitharũ 67
Scithæ 19 & 20
Scitharum pręſtãtiſſimi 20
Scithia 21 à Scitho filio Adami 21
Scithicus mos non adhærere glebæ, ſed uitã nomadicam paſtoralẽ'ue agere 27
Scotia 34
Sechem 47
Sem 1 Melchiſedeck 28
Semagyptia gẽs 45
Semi iura 27
Semia 1
Semiæ Aſiæ'ue circumſcriptio 9
Semianorũ immunitas 29
Semię Aſię'ue fig. 6
Semię menſura 36
Semiæ Chriſtianiſmus 45
Semiana iura 42
Semiani 22
Semian⁹ ſanguis 44
Sephar mons 31
Sepharad Hiſpania 24
Sepultura Adami 46
Seruus Dominis acquirit: id eſt, Chameſes Semo & Iapeto 15
Seſtus & Abydus 12
Sibyllæ ſententia 43
Sibyllina ſacra 32
Sibyllini libri 42
Sicilia 34
Signorum & menſiũ principia unà olim coniuncta 61
Sinarum littus 10
Sinear 18
Solyma 28
σωφηρά 31
Spaniola 34
Stambol 68
Superum mare 12
Superum mare quur dicatur 8
Suppheum rubrũ'ue aut Arabicum mare 10
SVPRA uox quid apud omnes Coſmographos 7
Suriah 29
Suriah Dei murus 52
שורית 52
Suſiana 38
Syneta Gẽla mons 8
Syna 15
Syria 38
Syrtes 11

T

Tabernacularis uita quorum 50
Tanais 3 & 10 & 12
Taprobanę ſitus 33
Tarocorama prouincia 72
Tarquinij Priſci tempore

pore maxima iam erat Roma 60
Tartarorum potentiæ ſplendor unde 21
Tatar & Totar quid 71
Tatari, qui & Tartari 21
Taurica Cherſoneſus 10. 12
Tauris 74
Terra à centro eleuata 3
Terra ad Aquilonem 2
Terrę partium diuiſio 3
Terrę diuiſio ſecundum cœli partes 6
Tertullianus Afer 43
Thagum horma 26
Thalmud 39
Thargumi & Thalmudi liber 23
Tharſenſis Cilicia 27
Tharſenſes nudipedes 66
Tharſenſes reges 20
Tharſeſtam ſeu Tharſis 66
θόργαμα 26
Thiraſs. 23
Thogorma 26
Thomas in India 66
Thubal 22
Thuiſcon Germanorum parens 15
Thuſciah Thuſcana 58
Thyrrenum mare 12
Tingitana Mauritania 18
Totarj, Tatari, uel Tartari unde 50
Totonteacus flu. 13
Tribus 10. 49
Trib' Iſrael quò abductæ 49
Turcæ 26 & 27
Turkeſtan 26
Tygramei ibid.
Tyrij 42
Tzarphath Gallia 24

V

Valerius Soranus necatus 60
Vandali 44
Vendenaa 34
Veſtales 59
Victoria finalis penes quos 45
Vindicta diuina 17
Vis quatuor Monarchiarum 48
Vmbri 55 Gallorũ propago 20
Vmbrorum progenitores Galli 20
Vmchan 68
Vmchan 20. 50
Vniuerſi partes V. 1
Vocales ubi promiſcuę 57
Vous qui 75

Z

Zanzibara inſ. 33
Zeilan inſ. ibid.
Zerach Chuſs 39
Zohar 39
Zona habitabilis noſtræ oppoſita nil ferè ſolis habet 9
Zona media fœliciſſima 9
Zona torida. ibid.
Zona torrida 9
Zonæ temperatę. ib.
Zonę terrę 8

FINIS.

# COMPENDIVM Coſmographiæ, Guilielmo Poſtello autore.

## VNIVERSI ORBIS TERræ Diuiſio.

TErreni orbis, uirtute extra naturalem elemẽtorum poſitionem agente, facies aperta, medioq́ꝫ ex aquæ globo educta, priſcis quidem ſeculis in tres partes diuidi ſolebat. Nunc autem & quarta inuenta, in ſubiecto noſtræ habitationi Hemiſphærio, circumſcriptione quidem ampliſſima, quamuis nulla adhuc certa interiorum deſcriptione ſit expoſita. Quinta uerò etiam, & ipſa maxima, ad Auſtralem polum pertinens, non niſi certa unius ſui littoris fide ſe oſtendit: ſed tamen quæ ſenſibili argumento, quamuis nõdum innotuit, permaxima etiam oſtendetur. Sic, ut pręter hęc quatuor elementa, Quintum corpus, illis ſuperius, ſua quinta, ſibi uidelicet per comparationem appoſita, figura polygonia, & intra ſphęram ſicut & extra collocabili, datur intra Cœlum: ſic & quinquifidam terrei orbis faciem Deus uoluit diſtingui. Primam nobiliſsimamq́ꝫ omnium fabuloſæ memoriæ Aſiã, ſed uerè Semiã, à Semo primo poſſeſſore uocare debent. Magnitudine ſequenti, licet nobilitate inferiori Aſiæ, uocabulum fabuloſum Aphricę, quum nuncupatione

certa à Chameſe Chameſia dici debuiſſet, accepit. Iapetus, quẽ ſacra uera Iaphetum ſiue Iephetum dicunt, iuſtius ſuæ parti, ut in noſtro orbe inter tres minimæ, ita monumentis nulli omnino inferiori, nomẽ Iapetię dare aut reddere debet, quàm à nefarij nebulonis cum uacca congreſſu fabuloſam Europę nomenclaturã illi permittere. Quartę parti hactenus Latinis memorijs incognitę, licet alij Noui mundi, alij Indiæ occiduæ, alij à uarijs inuentoribus dedere nomen: tamen Atlantidis ex Platone, & ex altero Iapeti noſtri patris, qui Atlus, Attalus & Atlas, uti & alijs multis nominibus, dictus eſt (ut in Diſpunctionum Coſmographicarũ opere traditur) longè iuſtius nomen imponendum uel reſtituendum eſt. Quum autem Auſtralis innotuerit portio, quę & totum mare pacificum obtegit, & à ſuppolari motu defendit, illi nomẽ Chaſdiah dabitur: ut in Diſpunctionibus, cur ita dici debeat, oſtendetur.

*In quam Vniuerſi plagam maxima harum terræ medijs ex aquis elatæ partium uergat portio.*

EXceptiòne breuiſsimè tradetur, quòd pręter Auſtrali polo ſubiectam aut proximam, & præter Chameſię & Atlantidis auſtralis iuga ſeſe reſpicientia, quæ ultra æquatorem prominent, hæc quidem ad 54. gradum, ubi eſt Martini Bohemi fretum, à Magaglianeſio Luſitano aliàs nuncupatum, illa autem ad 35. ubi eſt Bonæ ſpei promontorium, tota terreni orbis facies continuo ferè, præter duas maris rupturas, tractu, ab ortu in occaſum, & cõtrà AD AQVILONAREM

mundi

mundi partem eſt eleuata. Qua uerò ratione, eſt in Diſpūctionum opere traditum, ſed etiam in opuſculo de Paradiſi terreſtris loco. Eleuatam dico, quia non eſt dubium, quin ordine cœlorum omnino cōcentricorum, & ratione elementorum undiqꝫ ante ſeſe, inſtar obuoluētium inuolucrorum quę in cæpis ſunt, terra omnino ordine naturæ, & grauium leuiumqꝫ nutu & pondere, undiqꝫ aquea ſphęra ex æquo tegebatur, plus quàm 30 cubitorum altitudine: ne quid grauius ex proportione quantitatis elementorum adinuicē addā. Vnde adhuc ferè in toto orbe terrarum, mōtium fracturæ ſibi mutuò, ubi flumina & torrentes tranſeunt oppoſitæ, oſtendunt, quomodo in loco anguſtiori iuxta centrum erant contiguæ, atque unà coniunctę, antequam ita ſupernaturaliter attolli contingeret, ut fieret latior, magis à centro diſtans ſuperficies: quæ tamen uenarum in ſaxis ſimilitudine, eam quæ olim erat coniunctionis uniformitatem oſtenderent ſemper.

*Quibus limitibus uniuerſitatis terræ partes ſeparentur.*

MAri noſtro, quod mediterraneum, eo quod inter Aſiam, Aphricam & Europam (ut fabuloſis adhuc tantillum utar) influit, dicitur, diuidi Chameſis & Iapeti partes, & demum etiam inter Semiam Iapetiamque interfluxu eius ſeparationem poni, iam notius eſt, quàm ut debeat repeti. Complent diuiſionem duę lineę: una ad Semiæ Iapetiæqꝫ fines, ducta à mari ſeptentrionali, ad Tanais in noſtrum mare effluentis fontes.

Alia ab ultimo uerſus ortum Nili oſtio, ad intimum ſinus Arabici quod Rubrum mare uocant, littus protenſa, per centena paſſuū millia. Quantum autem ſumma indagine perſcrutari potui, ex ipſius Semiæ Aſiæ'ue finibus ſeptentrionalibus procedit ( ut nauigatione Anglicana anno 1555 relatum eſt: quod tamen ob Indos ex Aquilonari littore regi Sueuiæ datos, nō poſſum probare) peninſula, quæ per Gronlandiam & ſuppolares regiones in Atlantidem uſque Aquilonarem deuenit. Vt hoc tanquam parum adhuc compertum, de coniunctione Aſiæ Semiæ'ue & Atlantidis obmittatur, conſtat has quatuor uniuerſi partes claudi undiq; mari. De Chaſdiah, inſulam eſſe, quacunque forma ſit, dubium non eſt. Ego quidem ob 600 leucarum, ſeu 2400 millium paſſuum littus, quo ferè ſub æquatore inter Moluccas & Cattigara ſiue Peru ſunt, & ob terras amplas ad occaſum Peru ſiue Auſtralis Atlantidis eregionè Baſilęæ occiduæ, quæ in



medio ferè illo littore eſt, conquirūtur ab Hiſpanis, eo quòd ibi eſſe ſunt dictæ ab Atlanticis, iudico figura eſſe collo craſſiore & oblongo lagenæ.

*Quas potiſſimum figuras repræſentent quatuor notæ partes.*

QVia rerū ſimilitudines maximè cōfirmant ſcientiā & apprehenſiones noſtras, uidetur cōmodum, ut ſicut quidā uarias orbis partes uariјs expreſſere figuris, ut folio platani Peloponneſon, tibię mortui hominis Italiā, corio bubulo

Strabo

Strabo ſcribit ſimilem eſſe Hiſpaniam: ſic & has quatuor orbis terræ partes exprimam. Memini me omnino non ineptè, ut puto, in ſecundo Diſpunctionum comparaſſe utramque Atlantici or



bis peninſulam, ob communẽ utrique parti Iſthmum, ipſis piſcium pulmonibus carentium mẽbranis, quũ adhuc ſuo uento intumeſcunt. Cęterùm ſi eſſet uniuerſo orbi, ut mihi multisq́ꝫ, nota forma illius ornamenti



quo Dux Venetiarũ utitur in capite: planè Chameſiæ Aphricę ue quandam referret ſimilitudinem. Sed longè communius eſt, ut monti edito, & medio tractu uerſus Occaſum inciſo comparetur. Chriſtianus Vuechelus aliquando, neſcio quo authore, Iapetiæ formã typis ita expreſ-



ſerat, in gratiam Caroli V. Imp. ut eſſet inſtar fœminæ capite inclinato, diadema Imperatorium geſtantis: ita ut caput Hiſpania, ſiniſter humerus Gallia, pectus Germania, ſiniſtra manus DANEMARKIA, dextrum brachium Italia: cætera quæ Turcis aut Moſcouitis ſubſunt, ad infimos pedes ſuis longis ueſtibus obtectos pertinerent: non omnino inepta (modò adulationem tollas) inuentione. Sic optimè ingenij largitor uenter, uel famæ uel cibi cupidus, excogitat. Si ad concordiam Chriſtianiſmi, uel ad ueriſsimam Iapeti iuriſdictionem re-




feras, bene erit. Aſia, Se-mia ue uix habet cū quo comparari memorię cauſa poſsit aptius, quàm cū maximi lacerti uel crocodili pelle, decurtata aliquantum cauda. Nam capitis colliq́ꝫ eam partem quæ in noſtrum prominet mare, referet: cauda, Cataiani regni & Chinæ partes: pedum uerò cutis (ſi euerſa ſit) in dextra parte anterior, Malauarorum, poſterior Malacchæ, promontorium. Siniſter autem paulo anterius detortus, peninſulam poſt Moſcouitas procurrentem: poſterior, eam partem quæ oppoſita Malacchę, iuxta Bargu deſertum maximè, uerſus Aquilones tendit. Sed de his ſatis.

*De terræ diuiſione ſecundum cœli partes, quibus ſubeſt.*

QVoniam ſemper cœli dimidium uideri poteſt, & dimidium abſcondi: & diuidit partem uiſam à non uiſa, circulus unus qui Horizon dicitur, ſuper quem ſol eminens diem, & ſub quo pergens noctem facit: ideo, licet nūquam de terrę & aquæ globo poſsit uideri dimidium, ſicut & cœli, tamen etiam in duo Hemiſphęria diuiditur: ita ut, quot ſunt puncta in cœlo, aut ſuper terrā, poſsint eſſe tot Hemiſphęria, & tot Horizontes. Horizon autem primus & nobiliſsimus eſt, qui tranſit per polos mundi, & per fines orientis & occidentis,

occidentis, continens in ſe gradus 180 ſurſum, & 180 deorſum. & ideo Rectus dicitur. Obliquiſsimus autem eſt, qui eſt tranſuerſus omnibus Meridianis: & conuenit cum Æquatore, ita ut punctus uerticalis cum puncto mundialis poli conueniat. Poſſunt itaq; eſſe 90 Horizontes, & 90 Hemiſphæriorum ſingulis gradibus ab inuicem diſtantium differentiæ, ab æquatore ad polos, & ab ortu in occaſum 180. & tanto pauciores, quanto pluribus abinuicem gradibus diſtabunt. Similiter in duo alia Hemiſphæria, anterius ad ortum, poſterius ad occaſum, cœlo aſcendente, & eodem dimidio altero deſcēdente diuiditur. Meridianus circulus per polos mundi & per uerticem tranſiens, limes utriuſque eſt: ad quē quum uenit ſol ſurſum, meridiem: deorſum autem, medinoctium facit. Poſſunt itidem horum eſſe 180 differentiæ: ſed commodius eſt ut 12 binis horis differendo, aut 24 ſingulis ſiue 15. gradibus, aut 36 binis trientibus horarum, aut 48 dimidiatis horis conſtituantur. Nam & ſecundum graduū longitudinis numeros, & ſecundum horarum partes poſſunt diſtingui. Alia duo Hemiſphęria diuiduntur ſecundum Æquatorem, ita ut ob terræ faciem ad Aquilones ferè omnino eleuatam, poſsimus reuera & abſolutè dicere ſuperius hemiſphęrion, cuius polus Aquilonaris eſt uertex, & cōtrà ad alterū. Nam Coſmographi omnes neſciuere cur ita ſcripſerint: tamen SVPRA ſiue ſuperiorem mundi partem comparando ad alias magis Auſtrales, dixere Aquilonarem, quod uel ex maris

ex maris ſuperi & inferi Italiam ambientis nominibus abunde probes. Nam montes ὑπερβόρεοι alioqui, eo quòd ibi maximè ad Suueta Gemla, montem totius mundi altiſsimum, ex ui terrenę eleuationis ad Aquilones factæ etiam altiſsimi & fortiſsimi omnium uentorũ impulſum flatumq́ ſuperat, fidem τȣ̃ SVPER facere ſatis ratione etymi uidentur. Diſpunctiones dant rationem.

*De diuiſione ſecundum Zonas.*

TErmini trium differentiarum quæ in diebus anni uidentur, reuoluti cum primo mobili, & ab occiduo ſeptem Planetarum motu obliquè à Lybe uento uerſus Aquilones, aut contrà procedente ſignati, faciunt, ut ſint quinque in Sphæra circuli ſignati. Vbi fiunt maximi dies, unus eſt circulus, qui ſolſtitialis eſt, ſiue tropicus æſtiuus: ubi minimi, oppoſitus eſt qui brumalis ſeu Tropicus hyemalis dicitur. inter quos medius Æquator ſtatuitur. Declinant hi duo tropici ab Æquatore 23. gradibus & $\frac{1}{2}$, quantum uidelicet obliquat ab Æquatore zodiacus, 12. ſignis ſemper æqualibus, ſicut Aequator 12. menſibus inæqualibus diuiſus. Vnde contingit, ut poli zodiaci à polis mundi tantundem diſtent, uidelicet 23. $\frac{1}{2}$. grad. Quare horũ polorum Zodiaci circa polos mundi reuolutio, facit duos circulos, intra quos uerſus polos mundi fiunt duę cœli partes, quas antiqui malè & ineptè zonas uocãt, quũ pileos potius, aut aliquid ſimile dicere debuiſſent. Dicebant itaque eſſe quinque zonas: unam ob calores, mediam uidelicet, extremas ob frigus inhabitabiles.

bitabiles. Duas ſolummodo tẽperatas, noſtram, illi'que oppoſitam. Licet autem contingat terræ partibus, polo alterutro, & pileo (ut dixi) ſuppoſitis, dari diem ſex menſium, & noctẽ totidem: illic tamen eſt maxima hominum habitatio, ita ut ſit neceſſe altiſsimis montibus, quæ ſub alterutro polo eſſent, æternam eſſe diem. Media eſt in ſui medio habitationibus fœliciſsima. Dico in medio, ab imo ſurſum. Nam in ea montes quo ſunt altiores, eo ſunt frigidiores, niuibusq́ ęternis magis tecti. Humilia loca ęſtu ardẽt, atq; ęgrè niſi ab aſſuetis habitantur. Media, quę in collibus ſunt, omnino tẽperatiſsima regione ſunt, & in hoc tẽperatiſsimæ parti noſtræ habitabilis ſuperiora: quòd & ea omnia plantarũ & animaliũ quę apud nos ſunt genera alunt, & ſuę pręterea cõſtitutioni apta, uti aromata, alere poſsunt. In noſtri itaq; hemiſphęrij Aquilonaris zona eſt ferè tota habitabilis terræ portio. In altera aũt, præter duo illa iuga, Atlãtidis uidelicet atq; Chameſiæ, et ſi quid pręterea de lagenę Auſtralis collo ad eã pertinęt, nil planè habitationis eſt. Zona quę torrida dicebatur, quæq́ nũc longè aptius rorida diceretur, continet ea omnia in meridano Semiæ littore, in Chameſia etiam, quamuis aliàs arenoſa, & in Atlantide, quæ aromatum, gemmarum & metallorum auri argenti'que præcipuas opes continent.

*De Semiæ ſiue Aſiæ circũſcriptione, & generali ambitu.*

SEmia, ut eſt noſtro mari proxima, & Iapetiæ cohærens, finem habet ſecundum lineam re-

ctam uerſus polum, ad Duuinæ fluminis oſtia, à lacu unde Tanais originem ducit protractam: poſtea ripis amnis ſimilis ſinu ſtatim paludem excipit Mæotida, ad cuius fauces remittit peninſulã Corocondameam, Tauricæ Cherſoneſo oppoſitam, fretoq́ emittentis ſuas aquas lacus, per uix mille paſſus diſiuncta, facit Boſphorũ Cymbrium ſeu Cymerium. Patenti inde maris Pontici ſinu eroſa, poſtea inter hunc intimum & Iſsicum, terra ueluti perditę in mari quantitatis compenſationẽ remittit prominentem eam partẽ, quam ab Amano monte in intimo Iſsico ſinu terminato, Ioſephus ait unà cum ſua Iapetia ceſsiſſe Iapeto, & quæ Aſiæ propriè nomine olim dicebãt. Hinc ab Iſsico ſinu in Lyba procedens, attingit Nili orientale oſtiũ, & ſecũdum lineã ad rubri Supphei'ue aut caricoſi maris littus, emittit, inter ſinum Arabicum & Perſicum Arabiæ peninſulam, utriuſq́ ſinus ueluti clauſis oſtijs à ſingulis inſulis, hic à Bebel mandela, ibi ab Hormuzia inſula. Poſt acceptum ſinum Perſicum rectà in ortum uſque ad Indi fluminis oſtia pergit, ubi circa Goę uicina littora rurſus quaſi uerſus Euronotum excurrens, ferè ad ęquatorem peruenit. Magno inde ſinu ad Gangem fluuium inflexa, littore Malauarorum uerſus Aquilones tendente, & demum quaſi ſemicirculi formam faciente, aſſurgit rurſus uerſus Auſtrum ad Malaccham. Vnde flexo rurſus littore ad Aquilonem primò, mox & Euroaquilonem, niſi ubi ſinus permodicus iuxta regnum Sinarum littus emittit, paulo auſtralius tandem finem eo-

nem eo-

nem eodem Euroaquilone uerſus ortum eundi facit. Rurſus hinc in Cauros reflexa, quaſi medio inter occaſum Aquilonemq́ curſu, niſi qua aut ualde ferè uſq; ad ſuppolarem partem, aut etiam ſuppolari regioni Gronlandiæ contigua, ſinum ad Obym fluuium lacum'que Catainum faciens, finẽ ubi incęperat facit, ad fluminis Duuinę oſtia.

*De Chameſiæ Aphricæ'ue ambitu & figura.*

AB illis freti noſtri maris anguſtijs, quibus in oceanum ſuas aquas aſsiduè exonerat, nũquam admittit ( ratio autem in Diſpunctionum libris expoſita eſt ) Chameſię pars ſecundũ Oceani maris littus ſenſim ad occaſum intumeſcente ſolo, procedit: donec ubi intumuerit uerſus occaſum ferè media, quum ad 4. gradum citra ęquatorẽ acceſsit recto ferè tramite, ad dimidiam uſque ſui longitudinem inflectitur: & demum uerſus Euronotum uſque ad extrema iuga aſſurgẽs, ubi Spei bonæ promontorium eſt, rurſus uerſus aquilones ad oſtia uſque ſinus Arabici procedit. quo interius admiſſo, ubi ad occaſum aliquantum acceptando obuertitur, rurſus ſecundo maris Rubri littore ad lineæ uſque illius quæ illam à Semia ſeiungit, terminum extenditur. Inde recto ad occaſum curſu, niſi ubi illam una & altera Syrtis incuruat, quouſque ad fretum ubi incœpimus pertingat, deuenit.

*Iapetiæ ſiue Europæ circumſcriptio.*

AB Herculis freto littus olim uix 10. millibus paſſuum, nũc 18. millia à Chameſiano ſeiun-

ctum, ipſius Iapetię circumſcriptionem facit, tribus'que maximis in hoc latere abrodi ſe permittit ſinibus, Gallico, Hadriatico, Ægęo. Inter Gallicum (cuius pars eſt Tyrrhenum) & inferum procurrit Italia. Superũ Hadriaticum'ue ab Aegæo Græcia ſeiungit. Hinc in Helleſponto tam fit Semiæ uicina ad Seſti & Abydi olim, nũc Dardanellorũ arces, ut minus mille paſsibus pateat: rurſus modicè ad Propontidem flexa, ferè in Thracio Boſporo coniungitur. Sequenti littore accepto ad Danubĳ oſtia mari pontico, ſinu anguſto poſt Tauricã Cherſoneſum immiſſo, amplexa peninſula, Męotidẽ recipit: atq; littore poſtea in ripã ad Tanain mutato, ſecundum lineam à Semia ſeiungentem ad ſeptentrionale pelagus polari regioni proximum, finem orientalem facit. Hinc uerſus occaſum reflexa, uario anfractuoſoq; ambitu maximam illam gentium uaginam, peninſulam Schondianam complexa, redit fere aduſq; lineæ fines: unde regreſſa, littore arcuato inter Notũ & Lybonothum tendente, poſtea occaſum petit: & niſi DANIMARCKIA obſtaret, recto ad Gallias uſque tractu pertingeret. Galliæ externo littore tranſmiſſo in occaſum, rectà in Auſtrum fertur, ad intimum uſque ſinum Cantabricũ: quo littus acceptum rurſus, ſed rectius quàm proximo tractu (hic enim rectà in occaſum, ibi autẽ in Lyba ferè tendebatur) ad occaſum fertur, ad finẽ uſque terræ, ut Hiſpani uocant. Vnde rurſus recto ad auſtrum curſu, niſi qua Promontorium ſacrum ante Gadiræ inſulæ flexum incuruat, procedere t,

cederet, factura loco ubi incœperat ſuæ περι-
γραφῆς finem.

*Atlantidis circuitus.*

VT ab occiduo fine etiam hic procedatur, ibi nondum alioqui ſatis ulterius cogniti, latens faciemus exordium, ubi Auſtrali mari ad 40. gradum Aquilonaris latitudinis protenſum eſt littus. Rectà enim inde in Euronotũ tendẽs, & medio in curſu ſinum Corteſij ſiue rubri aut uermiculari colore maris uerſus Totonteacum fluuium accipit, & ſic uſque ad Panama ciuitatem, ubi Iſthmus minus 20. leucis Hiſpanicis patens, ab Oceano noſtrate ad illum ſeparat, cõtinua eſt. Hinc littore uarijs ſinibus pauliſper ad notum & Lybonotum protenſo, rurſus in Euronotum, ſed quadrante magis ad notum inclinato uſq; ad fretum, Chaſdiam ab ipſa ſeparante, & oblongo, ab occaſu uidelicet in ortum procedente tractu, peruenitur. Hinc ad Aquilones reflexo curſu, ab his 54. gradibus Auſtralibus uſq; ad 8. eiuſdem poli gradus rectà ferè procedit. Poſt promontorium uerò illud quod Chameſiæ proximum eſt, conuerſo ad Cauros ſiue ad Magiſtralem uentum latere, rectà uſque ad Nombre de Dios urbem in noſtro littore ad ſummas Iſthmi anguſtias eregione Panamæ ſitam conducta eſt, ſenſim ad Aquilones polarem'ue regionem uergit, quoad iuxta Iucatanę Iſthmum attingat. Oriente uerò repetito pro peninſulę Iucatanæ ambitu, ita ab hac extrema uſque ad oppoſitam ſibi eregionè linguam potius quam peninſulam, ut adhuc creditur, re-

gionis Florîdæ (ut applicato ad ſuam Hiſpanicā linguam accentu uocant Hiſpani Tubalei) ſit ita curuum littus, ut pluſquam ſemicirculi circumfe‐rentiam referat. A' Florîda ad Britonū promon‐torium rectà in Euroaquilonem tractus proce‐dit: & hinc uſque ad littus Gronlandiæ pertin‐gens, obſcura cętera tam ex Aſiæ Semię'ue parte, quàm ex Gronlandię continenti relinquit. Men ſuræ autē huius circumſcriptionis ſunt in ſecun‐do Diſpunctionum libro diligenter traditæ, unà cum rebus reuera planè admirandis, quæ iam in hac utraque Atlantidis parte inuentæ ſunt.

De illa uerò parte quā Chaſdiam debere dici ſuprà notaui, nil adhuc poteſt referri: niſi quis, ex eo quòd Mauros homines et nigerrimos habeat, inſtar Chameſię (in qua ex Chuſo filio Chameſis, alioqui albi ex coniuge alba procreato, & non lo co, ſed ſcelere patris ſic infecto, ſunt nati Æthio‐pes) dicat eſſe orientalem Aethiopiam, cuius ex Homero meminit Strabo. Nam in ea littoris par‐te quæ eſt reperta, ſunt uiſi ſumma nigredine homines, quales in ſola Chameſia ſunt.

*Primorum orbis totius habitatorum origines.*

QVamuis nemo ſic hactenus ex omnibus Coſmographis curauit tradere origines primorum habitatorum, ſed omnes aut fabuloſa quædam Grecę uanitatis ſomnia in quoſdā deos, qui nunquam, aut peſſimi nebulones fuere, retu‐lerint habitationum primordia, aut oblatos po‐pulos ſine ulla origine recitarunt: tamen quia & temporum

temporum ſimul & loci rationem opus eſt à uero Coſmographo repetere, neceſſe iudico, ut uera primorum habitatorum origo ante omnia tradatur. Quotquot itaque mutationes Regnorum, ſtatuum, gentium, & rerum in toto orbe fuerint, neceſſe eſt ut ex unius Noachi domo, ex Syria circa Libanum mõtem habitante, & in arcam re ipſa uera lignis cedrinis aut ægrè corruptibilibus factã, cum ſua familia ſeptenis ad ipſum octauum perſonis conſtante, introducto: & poſt Diluuium reuera uniuerſale in ſeptentrionalibus Aſſyriæ, qua Armeniam contingit, finibus relicta in Carduchorum montibus arca, egreſſo, totius orbis terrę habitatores prodierint, ita ut ſint unius trium eius filiorum filij: aut ſi (ut aliqui uolunt) poſt Diluuium, alios præter tres in ſacris expreſſos genuerit, ut de Thuiſcone Germanorum parente & alijs uult Beroſus: fieri non poteſt quin per quemcunque filium eius ſint ex eo prognati, quotquot faciem terræ ubiuis inhabitant. Ioſephus in hac re omni exceptione maior teſtis, cui omnes ſacrorũ libri penes Chriſtianos, Iudęos, Iſmaelitas & Chaldæos (uel uno Beroſo teſte) cõſentiunt, tradit, eam terræ partem quam fabulæ Aſiã dixere, fuiſſe ipſi Semo, qui & Melchiſedek dictus eſt, ordine patris conceſſam: ſed ita, ut Iapeto ius eſſet ad eandem poſsidendam. Huic aũt Iapeto ea pars, quam fabulæ Græcæ Europam uocarunt, unà cum ea Aſiæ parte quę ab Amano monte procurrit in occaſum: Chameſi autem, ſiue Chamo, cuius nomen calidum ſonat, ceſsit ea

pars

pars quam Aphricam Gręci (ut antiquiſsimas in ſuis literis memorias habere uiderentur, primoſque in toto orbe poſſeſſores poſuiſſe ſuorum nomium aut religioſarum fabularum argumēto putarentur) uocauere, aſſeruata primi huius poſſeſſoris ſignificatione. Nam ἀφρίκη reuera calidam, uel ſaltem ſine frigoris rigore regionem notat. Quum autem conſtet totum habitationis terrenæ orbem ex Noachi Iani'ue inſtitutione fuiſſe, duobus tantum filijs probis, Iapeto & Semo conceſſam: quia ipſe Chameſes fuit à patre tacitè excōmunicatus, & ſaltem in ſua quarta generatione maledictus, & non ſolum fratrum ſuorum, ſed & ſeruorum illorum ſeruus conſtitutus: opus eſt, ſeruitutis iure IPSE SERVVS DOMINIS, ut & non ſibi acquiſiuiſſe uideatur, quicquid totis 3700 annis ad nos uſq; à Diluuio exactis per ſe uel per ſuos acquiſiuiſſe probatus fuerit. Hic itaque finis & ſcopus huius Coſmographici compendij eſt, ut clariſsimè per Regnorum celebriorum loca, uarijs alterationibus mutationibuſque concuſſa & euerſa, demonſtretur particularis Prouidentię Dei actus toto in orbe, ad hoc intentus, ut quicquid Regnorum, potentiarum, ſtatuum & memoriarum fuerit ab his maleficis Saturni Chameſis'ue alumnis inſtitutum, illud omnino mediante æterno Domini & moderatoris omnium CHRISTI Pontificatu & Regno ita deſtrui uideat̃, ut cedat in Iapeti & Semi alumnos, duce ſuprema Auctoritate & Ratione mundi in uera Religione & uera Politia fretos.

Sed

Sed quia compendium non plura patitur, ad Diſpunctionum tractationem cætera remittentur.

*De Chameſis, & filiorum nepotumq; in terræ poſſeſſionibus eligendis aſtutiſſimorum occupatione, & quas prouincias ſibi elegerint.*

QVoniam æquum eſt, ut ſerui dominis pareant & acquirant commoda, ſicut forma & perfectio educitur de corruptibilis materię potentia, & de rudimentis imperfectis: ideo ante alios duos fratres nobiles tradere uiſum eſt, quid aut propriũ, aut ex peruerſa occupatione Chameſitana iſthęc proſapia habuerit. Chameſia ab hoc impio & nefario gigante loco Aphricæ nominãda, circumſcriptionem habet, ut ſuprà poſui. Vſu autem uulgato Coſmographorum, uerſus mare noſtrum habet Mauritanias duas, quæ cum Æthiopiæ uoce per Græcam furtiuam'que etymologiam Chuſsi, id eſt nigri, filij primogeniti Chameſis ſignificationem ſeruant. Numidia eſt à re paſtoricia, quam etiam quoſdam ſuorum docuiſſe credibile eſt, ut non minus quàm Semij uel Iapetij, qui rei pecuariæ primã operam dabant, iuſti uiderẽtur perditi filij. De Aphrica propriè ex generali nominis ratione conſtat. Sequenti in ordine erat Cyrenaica, iuxta Ægyptum. Sed expoſitis filiorũ nominibus & eorũ ſucceſsione, clarius omnia uidebunť. Primogenitus eius Chus nigro colore ex albis, ut iam dixi, parentibus, ſummo certè aliquo Diuinæ uindictæ ſigno ſic ob parentis ſcelus tinctus. Secundus Mitzraim,

qui Ægypto hoc nomẽ hactenus ibi aſſeruatum dedit. Phuth tertius eſt, à quo Phutei fluminis ad Mauritaniam Tingitanam accolæ, Phutei. Canaan quartogenitus, cumulum maledictionis habebat: & ideo non in Chameſia, ſed in primi iuris primæ influentiæ & primę benedictionis mundi ſolo in Semia poſuit ſedem, in terra ſancta uidelicet. Vnde demonſtrandæ penes Noahum, ueræ in exheredando hoc nebulone prophetię gratia, Deus, poſt Melchiſedek ibi collocata ſede confirmatum, eò Abrahamum cum ſuo ſemine uocauit. Chuſsi nigri Æthiopis filij: Saba, unde regnum Reginæ famoſæ. Chauilah ſecundus filius, occiduis nigris, qui Getuli aliàs, quaſi Cheuuli dicti ſunt, Ioſepho teſte, dedit nomen. Sabbatha, Regma, & Sabthaca, ſunt in Arabia populi, ubi item nigerrimi fuere propagati: ſed Iſmaelitis adiuncti, longè quàm antè nigriores. Chuſsi aũt huius nigri Æthiopis, omnium peſsimus filius Nemrodus fuit, in locò tota in Semia poſt terram ſanctam prępſtantiſsimo, & unde Abrahami proceſsit corpus, Monarchiæ Satanæ & Babylonicæ fundator: unde hactenus præcipui Eccleſiæ oppugnatores proceſſere. Principium ea de re eius regni Babylon dicitur: unde, quia hæc Monarchia Babylonica ſecundum ſtatuæ à Daniele intellectæ & explicatæ tenorem, tribus ad aureum caput additis metallis conſtabat, præter fictiles pedes, tres ciuitates ſunt illi quartę additę, ut quatuor repullulationes malorum in hac terra שִׁנְעָר Sinear intelligantur, huic primæ potentiæ adnexæ,

adnexæ, nempe Media, Græcia, Roma, ubi conſummata eſt Babylon. Dicunt autem linguæ ſanctæ periti, Sinnear dictam fuiſſe baſin huius regni Babylonici כִּי שָׁם נִנְעֲרוּ נְעָרִים׃ Quia ibi excitati ſunt, qui diſciplina egent, pueri. De filijs autem filiorum ( prȩter 10. Cananæos qui erant deſtruendi à fidelibus ) nil eſt dicendum: quia quas poſſeſsiones aut ubi illas habuerint, præter Lydos, Cappadoces & Lybies, qui ex Mitzraimo Ægyptio ſunt nati, non eſt notum.

*De Iapeti, eiusq́; poſterorum poſſeſsionibus, & populis ab eo fundatis.*

NOn eſt quod repetatur, eam partem terræ quam fabulæ Europam dixere, Iapetiam debere dici, ob primum illum Iapetum non tantum illius, ſed uniuerſi orbis principem inſtitutum. Sed uidendum eſt, qui'nam populi ſint primogeniti mundi, quod ad temporalia dominia attinet: & qui ſecundi, qui item tertij, &c. uti de exhæredando Chameſe dictum eſt. Gomer primogenitus Gumbros in Italia, qui ſuppreſſa G litera poſtea Vmbri nuncupati ſunt: & poſtea Gymros, ſiue Cymbros & Cymerios, Scithasq́; omnes edidit, qui poſtea Germanorũ nomine interpoſita litera, uel potius ſuo loco mota ( uti ex graui uoce corn pro cron proferunt ) ſunt appellati. Sed ante alios, teſtibus omni exceptione maioribus in hac re Ioſepho & Beroſo, adſtipulãtibusq́; Solino, Catone, Bocho Mauro, & Marco Antonio, Gomeritȩ Galli ſiue Galathæ, ex Noachi Iani'ue inſtitutione debuere uocari: hoc eſt, auito & iam

in arca inſtituto ob fluctuum Diluuij memoriam uocabulo, ita ut ipſi antiquiſsimi Iapetiæ in Italia habitatores Vmbri, ſint Gallorum propago: & ut Ianus ſit ſcriptus à Catone in Originib. adueniſſe ex Armenia Scithica Saga in Italiã, unà cum Gallis Vmbrorum progenitoribus, qui Germanorum ea de re fratres ſunt, ſed ordine dignitateq́ꝫ miraculi fluctuarij ſunt primi, & natu maiores. Nam à Gal, quod diluuij fluctum ſonat, Galli ſunt nuncupati: ut conſeruarent ſoli pro toto mundo tanti miraculi nũquam obliterandam memoriam, quæ alioqui ad uniuerſos orbis habitatores pertinet. Gemrani autẽ, ſunt à Gomri nomine proprio dicti. Religioſa itaque promotio iſtius cognitionis & primogenituræ, ad Gallos: temporalis autem, & perſonalis, ad Gomranos, ex proprio patris uocabulo pertinet. Magog dedit ortum Scithis Arſarethicæ terrę, in Aquilonari Semiæ angulo conſtitutis, & ad hanc diem cum aut ſub oriẽtali Vmchani ſiue Pretijani potentia nomen hoc in ea prouincia ſeruantibus penes ſuos indigenas, & ea de re Iſraelitarum à ſua prouincia ſancta profligatorum ſapientiſsimi, in ipſo ſecũdogenitorum Iapeti angulo Arſarethico ſedem elegere. Inde enim Scitharum pręſtantiſsimi, poſtea Chriſtianorum in tota Aſia potentiſsimi, à Tharſenſibus regibus ſtatim poſt adoratum Chriſtum ad ſua reuerſis conuerſi, tam magna Eccleſia, ut Vmchan lingua ſancta diceretur, id eſt matrix, ſeu mater & fons tabernaculorum; à cuius dominio poſtquam ſe exemere
ipſi

ipſi Tatari diuinitùs ex ſumma nepharij & ad ſcelera omnino cõuerſi Pontificis tyrãnide liberati, & mare rurſus diuinitùs illis aperto erepti, illo tã acerbo iugo oppreſſo, ſatis habuere uocare ſe Chan, id eſt tabernaculum, quaſi per ἀντωνομασίαν hoc dictum uelint. Tertius Madai, dedit omnium cõſenſu Medis originem. Nam ob temporalis dominij ius in tabernaculis Semi habitandi ipſi Iapeto propter mũdi primogenituram conceſſum, non tantum in ſua Iapetia, aut etiam in ſua Atlantide, ſed multo maximè in Semia ubicunque uoluit, tãquam dominus fundi & proprietarius ſupra uſufructuarium, ubicunque eſt illi uiſum, ſedem elegit: ita ut non ſolum Mediam, à Medo ſeu Madai, & Magogiam ſiue Scithiam duce Magogo Scitharum parente fundarit, ſed ſub Gomeri nomine (nam ſupra 130. annos à diluuio in Armeniæ Scithicæ & Aſſyriæ Iturçæ ue finibus in Semia una egerãt, antequam occiduas habitationes fundarent) Gomaros ſiue Comarios inter Scithas inſignes populos ſtabiliuerat. Vna enim erat cura, ut in Scithia à Scithi antediluuiani atque Adam filij memoria electa & nominata, per firmiſsimam eius prouinciæ occupationem ius ſeruarent. Fortiſsimus enim poſt ſacrum & Syriacum genius mundi ibi eſt: unde tam admirandus rerum Scithicarum uigor, & Pretoiani ſiue Vmchani, atque poſtremò Tartarorum potentiæ ſplendor, præter tres monarchiarum Satanæ ſedes. Nam & Macedo in Babylone fundauit baſin ſui Imperij. De quarto, qui eſt Ion, ſiue

 Iauan, ut

Iauan, ut per addita puncta proferunt, & Ionum in tota Semia Aſia'ue minori nomen literis longe olim celeberrimum, antequam ad Græcos Iapetiæ noſtræ alumnos deuenirent, impoſuit, notius eſt quàm ut dici debeat. Hinc factum eſt, ut quum literarum & memoriarum uirtus exercitium & ſplendor inter Semianos periret in Syria ſancta, & maximè penes Phœnices, tranſirent ita ad Iones, ut eorũ proprię fuiſſe uiderentur. Hinc quæ literæ olim iam à Diluuio fuerant, reuera Latinorum penes Samauthẽ illum doctiſsimum cum charactere Phœnicio, ſed inuerſo uſitatæ, & in tradendis auorum doctrinis familiares, dictæ ſunt Ionum fuiſſe, ut notauit Herodotus: quum tamẽ ſaltem iam 1000. annis antea fuiſſent ex Phœnicia in Iapetinæ primogenituræ uſum delatæ à patre uniuerſi Iano, nec niſi diu poſtea in uſu ſaltem penes Græcos Europæos Iapetitas'ue delatæ. Nam Cadmon primarius ille quiſquis eſt, qui literas Phœnicum in Græciam attulit, omnino recens author eſt. Primigeniorum itaque duce Dite Pluto Gomero Samauthe cœleſtiu'e Gallo, totius doctrinæ φυσιολογικῆς expoſitorũ, ſtatim poſt Diluuij tempora, & non Græcorum ſecundorum, nec etiam Ionum ſunt literæ, ſed Semianorum Phœnicum, quamuis ex Chananęæ gentis commercio infectorum. Quinto in loco, quaſi quintum elementum, Thubal, Tubalæos Hiſpanos procreauit, unde ad eos Atlantidis maximè ſui patris poſſeſsionis pars redijt: ſuffragante tamen ad omnia primæ triplicitatis cœli illa influentia,

fluentia, quæ ex Sagittario, duodecimo'ue ſigno cœli in eam regionē procumbit. Meſſech, qui & uulgo Moſſoch, ſexto in loco genitus, Cappadocas orientaliſsimūq; Iapetinæ poſſeſsionis locum, licet nominis perijt ueſtigium, fundauit, teſte ex ſacra traditione Ioſepho. Hinc ut nō ſolum Chameſes perditiſsimus Saturnus in Italia uoluit iura prima Iapeti Hittali ſiue Hattali aut Itali corrumpere, unà cum Iano ueniens, ut cōmuni ſcelere ſibi gratiam more omnium hæreticorum per ſenſuum libidines ſibi populos conciliantium, à corruptis hominibus ſibi compararet, ſed Caphthorim populos à Mitzraim ſuo ſecundogenito procreatos ibi in ſede loco'que Moſſochi collocari uoluit, ut à capite & à ſede Iapetini ſtatus ſibi morum maledictorum ſentinam pararet, atque maximè inter præſtantiſsimos ſumma ſcelera ad prouocandum iram Dei replantare ex antediluuianis moribus ſatageret. Thyraſs, ſeptimus Thracię ſui nominis reliquit ius & ueſtigium: unde Conſtantiniani, ſed & Iſmaelitici ſplendor imperij. Gomerus porrò, ſiue Cymrus, genito Aſkenazio, Germanicū ſuum ius ſecundo aſſeruit. Nam etſi nunquam obtineretur Cymros priſcū Germanorum Gallorumq; nomen dediſſe Gemranis ſiue Germanis, originem certè ex innumeris Thargumorum, Thalmudorum, & qui ab illis dependent librorum ſecretioris apud Iudæos doctrinę locis, ſicut & communi qua etiam nunc inter ſe Germania orti Iudæi ſeipſos compellant nuncupatione, certiſsimè probari poteſt, ab Aſkenazio

kenazio primogenito Gomeri filio, Germanos ex eo deſcenſum & nomen Askenazim habere. Nam præter nomina Tzarphath quo Galliæ, & Sepharad quo Hiſpaniæ nomen præter origines Diluuij aſſerunt, hoc unum eſt ex conſenſu omnium ubiuis omnibus ſeculis habitantium Iudeorum certiſsimum, quòd Askenazi nunquam niſi pro Germano ponitur. Quis autem fuerit Riphat in ſuę gentis fundatione, non ita certum eſt. Riphæos tamen uolunt inde ortos, qui alio ſint uocabulo Paphlagones nuncupati, ut in quibus etiã ipſis iura orientalis poſſeſsionis Iapeti ſint aſſerta, & quos Lydij Chameſitę occuparũt, & nomen obliterarunt. Nã duo illa regna, Cappadocũ uidelicet, & Lydorum, fuere à Chameſitis ibi cõtra diuiſionis mundi ius, ut & alibi, conſtituta. Si autem mihi coniјcere aliquid liceret, dicerem reuera Riphæos (nec enim addit, quod recordor, Ioſephus, eſſe Paphlagonas) eſſe illos populos, qui maximè polo ſunt proximi, & mõtibus illis altiſsimis qui Riphęi & Hyperborei dicti ſunt nomen ſuum dedere. Nam tota antiquitas, poſt Diluuium, nil ſanctius aut ſecurius in ſuarũ poſſeſsionũ ſtabilitate conſtituenda quęrebat, quàm ut quatenus fieri poſſet, maximè in Aquilonem contenderent. Vnde etiam præter inimicitias & odium Chameſinæ gentis, quæ aſsiduè in Italia Gumbros moleſtauit, & nouis corruptorũ iam alibi hominum incurſionibus inficere ex peregrinis moribus ſategit (ut doctrina Iani periret funditus) etiam crediderim tam Gallos quàm Gumranos

ranos Germanos'ue in Septentrionem, magis for ſan ſtabiliendæ potentiæ uerſus Aquilones, ubi cœlorum uirtus maximè pollet, quàm uitādi iniqui hominum in Italia à Chameſitis infecta commercij cauſa ſeceſsiſſe. Nam & Gotthi quantumuis ſint ferè uſque ad polum Aquilonares, tamen conſtat ex linguæ affinitate permaxima Germanos origine eſſe. Germanos autē ex Italia primò & à patris Iani conſortio deueniſſe ad has ſuas regiones, certum eſt. Riphæos autem hac de re credendum eſt Riphæis regionibus & mōtibus ſub polo aut quàm proximè potuere habitādo, dediſſe nomen. Ibi enim iuſtiſsimi hominum, qui'que longiſsimis uiuebant ſæculis habitarunt: quia reuera mons in cuius cacumine æternus oriens eſt, & ſaltem Aquilonaris Paradiſi terreſtris locus, ad cuius famam & uiciniam inuitati à Patribus omnes fuerant, inuitabat omnes: ita ut non dubitarim, inde rigidiſsimum illum Scitharum in Gothis cultū, eſſe à prima lingua mundi Gheuth גאות, quaſi decor eſſet Vniuerſi, in gentis nomen deductum. Summa enim in temporalibus ſtatibus perfectio eſt, ut ſint corpora fortiſsima, & frigoribus obduratiſsima, & ut inde ſint ad laborum & inediæ tolerantiam perfectiſsima: hoc eſt, patientiſsima & aſſuetiſsima, quæ duo maximè ſuppolari aut Scithica conſtitutione mundi conſequi habitatores certum eſt. Et forſan olim Aſkenazios, qui certiſsimè Germani ſunt, Rheginos, quaſi Rheninos dixere (nam alioqui de his Rheginis, me nunquam quicquam alibi, quàm

in eo Ioſephi loco, legiſſe memini ) eo quòd prope Gallorum fratrùm confinia primò agentes, filios ſuos in eo flumine tanquã celeberrimo & frigido habitando, à fœdo periculoſo'que ritu obdurandæ in pueris recens natis naturæ, dum ſtatim in frigidiſsimum immergerent flumen ( qui erat tunc temporis actus aliquis in religione notabilis ) nomen forſan Rheinorum, hoc eſt Renẽſium ſiue Renanorum, ut hodie dicunt, ſibi impoſuiſſent: aut forſan ab aliјs quaſi calumniæ & crudelitatis probrum audirent. Apud delicatas enim gentes mos ille uidebatur crudeliſsimus, quaſi infantes gelu ſponte, an uiuaces eſſent probando, ſummis periculis exponerent. Thogorma, tertius Gomeri filius, quẽ LXXII Interpretes θεργαμά tranſpoſitis literis uocarent, ſicut in Gemranis ex Gumranis factum eſſe dico, ut aliqui uolunt Tygrameis, qui poſtea Phryges dicti ſunt, dedit originem, ut aliј Germanis, ut aliј rurſus Turcis. Nam & Iudæi Turcas Thogorma uocare uidẽtur, cõmuni uſu loquendi & ſcribendi. Sunt qui ad Hiſpanos referant, & Thagum Hormah dictum uelint. Gentem planè eſſe Scithicam crediderim, licet nõ Turcas. nam ex Turkeſtan regione inter Tharſeſtan & Scithiam media, antea incogniti, non multo ſupra octingentorum annorum tempora, ut Perſis quum ab Iſmaelitis uincerẽtur ſuppetias allaturi uenere: ſicut ſi quis hodie Moſcouitas in Hiſpaniã ad aliquod auxilium uocaret. ut liceat illud exemplo in noſtra paruula Iapetia ponere, quod in maxima Iapetia

petia ſiue Semia factum eſt. Alias Turcę olim fuit Scithica gens, ad Septentrionalem maris pontici partem cōſtituta. Si Tygramęi, qui poſtea Phryges dicti ſunt, & ſe ex Ægyptiaci regis coniectura primos eſſe populos mundi ob puerorum uocē Bec credidere, forſan quia ab hoc primo nati erāt parēte, primi ſint, uiderit Deus. Certè Ioſephus, quum iſta Romanis, omnium alioqui hiſtoriarum peritiſsimis, ſcriberet, debuit ex fide omnino digniſsimis has origines obſeruaſſe. De Ioni ſeu Iauani filijs ſatis facilis eſt hiſtorię ſucceſsio. Nam Hellas, ſiue Elis, ſiue Hellenes primario nomine Græca gens, & Tharſenſis Cilicia quæ hodie ob uicinos Syros & Armenos qui Arymi & Eremi & Erembi ſic ſenſim Syrię Arami'ue nomine corrupto dicti ſunt, dicitur Armanly, ſiue Armania nuncupatur: & Cythij, Cyprij & Dodani, ſiue affinitate characterum in ד Daleth, & ר Reſ. Rodanij, ſunt in uicina ſui patris habitatione conſtituti populi.

*De regionibus à Semi filijs occupatis.*

QVod literarum externarum monumentis ſit traditum, nihil eſt planè de filijs Semi in Coſmographicis dicendum, pręterquam de uno forſan aut altero: eo quòd more reuera Scithico, à Scitho priſco in ſacri ordinis uiris (ut poſtea à Moſeh in Leuitis) inſtituto, non adhærebant glebæ, nec ciuitates fundabant, ſed ſolum rei pecuariæ & Nomadicæ uitę attenti, & paucis contenti, uti uſufructuarij, omnia ad Iapeti proprietatem remittebant, uſque adeò, ut licet nil in toto mundo ſan-

do ſanctioris poſſeſsionis eſſet quàm Solyma ſiue Salem, quæ penes Cananæos Iebus, quaſi eſſet inter ipſos reuera Augię ſtabulum, dicta eſt: à tyrannis uerò circuncisis Mello, à ſanctis autē poſt Dauidem poſſeſſoribus Ieruſalem, quamuis ſit à Semo tam totius Semię quàm Syriæ in ſpiritualibus Domino fundata: nunquam tamen nomen ſuum Sem, aut nomen ſuę dignitatis maximę Melech & Salem, aut minimæ itidem ſuæ ſiue regiæ Melchiſedek, uoluerit unà cum tam ſanctæ urbis fundatione collocare. Quum enim pro ſummo & tyrannico uitio, ſumma'que infamiæ nota ſint recitatę in ſacris duæ fundationes ciuitatum, una Chanochæ urbis ciuitatis'ue à Caino in memoriam magis, quàm in illo ipſo longam filij ſui Chanochi, altera (quam multæ poſtea eodem uitio fundationis notatæ ſequutæ ſunt) Babylonis, à Nemrodo Nigri Chuſsi filio, pro rebellione contra Deum & ęquitatem inſtituenda: certiſsimum eſt, eos omnes patres ſanctos qui agnouere ſe eſſe aduenas, & non proprietarios ſuper terram, nunquam uoluiſſe per ciuitatum fundationes, aut per regnorum inſtitutiones, nomina ſua in terris ſuis nimis pernicioſo & hodie uſitato exemplo ſcribere: ſed expectabant, ut poſt Regis regum aduentum, demum legitima inſtitueretur & ciuitatum & regnorum baſis. Si Arapachitis regio Armeniæ & Aſſyrię uicina, eſt ab Arpaxado nūcupata: & ſi Helamitæ ſiue Elamitæ, clariſsimi in Perſide populi, ſint ab Elam filio Semi: iſti duo auſi ſunt ſacerdotalis illius ordinis leges & uſum

prætergredi.

prætergredi. Nam licet ſummi huius Sacerdotis poſteritas debebat temporaliter, & maximè in Syriæ ſanctiore parte ( tota enim Suriah murus ſiue munitio Dei eſt, ubi & temporalia dominia ſub permiſsiua uoluntate Dei quatuor Monarchiarum regna cõfirmata ſunt, & ſub ordinatiua duce Abrahamo ſpiritualia fundari debebant) . ſtatuere urbes & primũ locum ſacrum mundi: tamen in huiuſmodi terreſtri paradiſo, non oportebat ſine Diuina & expreſſa Dei licentia uel cogitare, ne dum attingere aut guſtare de hoc ſcientię boni et mali ligno. Vnde quotquot ante Regẽ regum uenere ad fundandum ciuitates, uel ſtatuum ſibi diuinitus datorum arces, illi certè fuere & fures & latrones, & à uero deliciarum Paradiſo ſunt expulſi. Nuditate enim & probitate ſumma'que doctrina Melchiſedekianus ordo, ut Chriſtus exercuit, & ſuos inſtituit, in Semi tabernaculis toto in orbe ſtatui & plantari debet. Ideo nil proprietatis aut fundationis tẽporalis fuit inter Semianos inſtitutũ, ut eorum IMMVNITAS ab eorum fratribus bonis & bene affectis Iapetitis, & etiam ab inuitis & quantumuis improbis Chameſitis hiſcere contra rationem uerbo nõ audentibus ( quamuis ubiuis per facta improba reclament) aſsiduè procuretur, & tanto maiori rerum abundantia adſit, quanto magis Deo ſeruire & proximo contenderint. Sic enim erat aurei ſęculi ordo à Noacho Iano'ue inſtitutus, & à Chriſto in Euangelica uita confirmatus, & nũc omnino neceſſariò reſtituendus. Sic enim duce Noacho in

 ſui filij

ſui filij CHRISTI IESV uirtute, ad Melchiſede-ki ſacerdotis Dei altiſsimi ( ſecundum cuius ordinem Chriſtus nil etiam poſsidens, ut Pontifex erat, eſt & erit in æternum ) inſtar opus eſt reformari mundum & renouari Eccleſiam, quemadmodum (præter 130. diuerſi ordinis & profeſſionū quæ in toto orbe Chriſtiano ſunt inſtituta, per infirmitatē & defectum primi ordinis in eam multitudinem & diuerſitatem conducta ) iam in Melchiſalemi ſiue Melchiſedeki ordine, in Leuitico ſacerdotio & in Apoſtolica Chriſti inſtitutione ter idem probatur feciſſe Deus: & niſi memoriarum antediluuiarum continuatio cum Scithica eius & perdura inſtitutione commonſtranda perijſſet, nos iam quater hoc fuiſſe inſtitutum probaremus: quod neceſſariò reſtitui, eſt omnino neceſſe. Nam omnis ordinis plantatio, quemcunque quiuis plantauerit aliter, eradicabitur. Deus enim immutabilis eſt. Et licet muſcis mortuis hodie oleum inficientibus, & quę ſi uiuerent, locuſtę permaximæ fieri uellent ad deſtruendum quicquid eſt uirens, aliter uideatur, & perbelle illis qui uerbo quidem negant, ſed factis proprietatem temporalesq́; ſtatus in miniſterio probāt, conſentiant, dicentes renunciationē proprietatis non ad literam, ſed ad ſpiritū tantum intelligendam: tamen reuera, etſi ſolius Melchiſedeki exemplo ſtatutum eſſet, opus eſt ad inſtar eius per ſolum uſumfructum in Tabernaculari uita miniſtros ſacros omnia poſsidere. Iektanus uerò quidam, cum ſuis ex Melchiſedeki ſtirpe in orientem

abijt,

abijt, ubi poſtea ex Hudis Indis'ue Abrahmanibus (quo nomine Iudæos, & non ſolum Indos uocat in Corano Muhamedes) ex Magis Tharſenſibus, & poſtea ex 10. tribubus illuc cauſa eius uetuſtæ cognationis cõmigrantibus, indeq́ in Turchis & Tataris ſucceſsiones non reformationum, ſed talium mutationum accepere, quæ licet nondum uerè Regem Iudæorum à ſolis Magis in faſcijs agnitum cognouerint, tamen Creatoris cognitio ibi aliquoties refutata eſt. Montem aũt Sephar, quem L X X uocarunt σωφηρά, uero ſimile eſt eſſe Imaum, circa quẽ tam inſignes ultra & citra habitarunt: & continuo tractu à Meſſa, qui mons in Syria ſancta eſt, occuparunt, uſque in extremum Semiæ finem, in ſuis Tabernaculis, ſine ciuitatis aut regni ſtatus'ue ab illis in Semia fundati memoria: ut docerent cæteros, quam uanè ſe affligerent, in componendis tanta cura quæ mox cum dolore & infamia æterna & amittẽda & deſtruenda eſſent. Hoc malum fuit, quod Saba & Chauilah nominis cum Chameſitis ſocietatem habuere. Sed hoc fuit, quia in ſummo Chameſitarum conatu (omnes enim perfidi in toto mundo ſunt Chameſitis, ubi à Deo rebellarunt, adiuncti) ſub Iſmaelitis demonſtrato, multa etiam uera de Naturæ lege, ſicut de noſtra & de Iudaica ſunt cõprehenſa. Solus Chaſſarmoth, ſiue ut hodie legimus Chaſſarmaueth, ſiue ut L X X legebant ἀσαρμώθ, cuius nomen atrium mortis ſonat, Sarmathis & Sauromathis loco Scitharum deperditi nomen dedit: ita Sarmathæ

Scithæ

Scithę & Sauromathę ſit idem populus. Sic ſunt uniuerſi orbis origines, ſic antiquiſsimi orbis poſ ſeſſores, à quibus uera nomenclatura prouinciarum totius orbis petēda eſt. Nam de Noui orbis regionibus nil poteſt aliud ſciri, quàm quod Iape tus temporalis totius uniuerſitatis Dominus, cu ius imperij חטל uel חתל Hattal, id eſt ros aut cumu lus, aut Gratia aut Natura in Italiam procumbit, nomen Ittali ſiue Hattali aut Attali ex hoc Italiæ loco accipiens, ſuos quoſdam poſteros Atlantidum ſiue Attalantidum uocabulo illuc miſerit, ab occidentis parte, cum hac recordatione, ut in ſuis ferè omnibus nominū uocabulis ATL in eius memoriam aſſeruarent. Nam ex altera parte, nēpe ab ortu, ex Semia Ophir in ſuam Pheru uel Pe ru poſſeſsionem uenerat, qui rebus ſacris ibi præeſſet. Nec enim fieri aliter poteſt, quin ſummus ille ſeculi aurei miniſter & inſtitutor Ianus ita inſtituiſſet, ut ubiuis in toto orbe eſſet unus miniſter ex Semi authoritate, qui diuina et maximè Sibyllina, quę erāt Gentilium & legis naturæ ſacra, ſumma de aduentu Regis Iudæorum myſteria in ſe comprehendentia (ut in Romanorum Rep. probatum eſt) aſsiduè doceret, duce'que ratione naturali Dei unius timorem ſuaderet: qui mos Romæ per Regem ſacrificulum primò, poſtea au tem & per Pontifices, & per X. uiros Sibyllinæ doctrinæ magiſtros, uno ex illis ſummo interprete ſeruatus eſt. Sic in Atlantide eſt credendū, ut ex Iectani filijs aliquis unà cum Iapetitis fuerit miſſus, ita ut Peru poſſet eſſe Ophiri pars: quæ

autem

autem regio ad Culhuam ſiue Culhuacan hodie ſpectat, pro aurea Cherſoneſo poni poſſet. Sunt enim ea omnia quę ſunt in orientali parte Semiæ, deſcripta & depicta à Ptolemæo, omnino incertiſsima: quod uel ex Taprobanæ ſitu uideas, ut amplè in primo Diſpunctionum tradidi, demonſtrauiq́;, ita ut in ea nobis alioqui tum familiariter nota, ferè ſupra 50. graduum errorem admiſerit, totiusq́; orientis longitudines peruertere ob affectum Marino Tyrio cõtradicendi uoluerit.

*De maximis orbis Inſulis.*

CHameſia unicam habet Zanzibaram olim, nunc ſancti Laurẽtij uocant Portugallenſes: ea eſt ad Euronotum eius partis, parum à continenti diſtans. Sed poſtea deſcribetur, ut & cæteræ. Semiæ ad partem Auſtralem ad promontorium Malauarorum, paulo ultra Indum, eſt Zeilana, ſub æquatore, gemmis, pipere & elephantibus ditiſsima. E regionè autem Gangis, ſed longè ad Lyba promontorij Malachę, eſt Taprobana olim, nunc Pedir, à maiori ciuitate: aliàs Samotra, uel Sumatra dicitur. Vlterius paulo uerſus Euronotum Giauæ duæ: maior magis auſtralis, ſed tam magna ut parum adhuc ſit explorata: & minor, quę quamlibet aliam facilè excedit. Toto uerò in illo littore uſqueadeò eſt magna inſularum multitudo, maximè eundo à Sumatra uerſus Moluccas aromatibus claras, ut ſupra 8000 eſſe credantur. Vlterius eſt ad Euronotum pars illa magnæ illius terræ, cui Chaſdiæ nomen impoſui. Sed iuxta continens Semiæ, uerſus Aqui-

lones procedēdo, inter cæteras Vendenaa, quam aliȷ Mindenaam uocant, magna eſt. Giapan uerò uel Giapangui, aut Gippangui, hoc eſt Giapanæ hàbitatio eſt præpotens & diues, 600. ferè leucis oblonga: his proximis diebus ad Chriſtianiſmū ibi à pſeudomonachis deſtructum, & in meritorum ſuorum uenditionē conductum, opera quorundam Portugallenſium reuerſa. Veriſimile eſt præterea, ab Aquilonari & ſubpolari parte Semiæ multas eſſe alias, illasq́ꝫ maximas, ſed nondum innotuere. Iapetia tam intrà quàm extrà pleriſque eſt circundata. Iuxta eam Semiæ Aſiæ'ue partem quæ Iapeto ceſsit, prima Cyprus eſt, oblonga & clara. Ad occaſum eiuſdem, inter multas maxima Lesbos. Iuxta Atticam Eubœa, quam hodie Negroponte, ad Auſtrale Ægei maris ſinus oblonga. Item Creta, Candia hodie, illi occidua eſt. Sed contra extremam Italiam Sicilia triquetra: cui item ad occaſum Alpibus Auſtrales Corſica & Sardinia, oblonga item figura, ſed ſoleæ ſimilitudine. Extrà ad polarem Galliæ partem, Albion olim, nunc Anglię & Scotiæ regnorum nomine clara. Cui occidua eſt Iuuerna ſeu Hybernia, uulgo Irlanda. Vltrà ad polum eſt Iſlanda. Sunt pleręque ſub polo, ſed nondum notæ. Ad Atlantidis orientalem partem ſunt quàm plurimæ, ſed inſigni magnitudine duæ, Sandominghia ſiue Spaniola, & Cuba illi ad Cauros obiecta. Cæterùm uidetur quibuſdam in locis Natura ueluti luſiſſe in attollendis è medio mari inſulis, ita ut nautę mediterranei his locis Archipelagi,

lagi, quaſi principis præcipui'ue maris nomẽ dederint. Tale eſt Æge͏̨um & Ionium pelagus, dextraq́ Hadriatici pars introeuntibus. Simile quid eſt iuxta Gotthiam, ſub polo ferè, & ad Auſtrum, iuxta Germanicum Scithicum'ue littus. Sed duæ maximę multitudines ſunt in uniuerſo: una in ſinu orientali Atlãtidis, iuxta Sandominghianam, & ultra: alia, & cui nulla ſit in toto orbe par, multitudo eſt in Indico & Chineo Cataino'que littore & mari, ubi opes etiã innumerabilium rerum & preciorum ſunt.

*Generalis partium mundi diſtantia ad inuicem, ſecundum longitudinis gradus.*

CHameſia, quam primò propter præcocem occupatorẽ, etiam primo loco ſtatim deſcribam, latiſsima eſt, à 32 gradu citra ęquatorem, ad 35 ultra, qui ſunt 67. gradus maximi circuli. unde ſi per 60. millia paſſuum numeres, prodibit quàm ſit lata. Longitudo eſt à 5 ferè long. gradu, ad 80. quaſi 75 graduum. Quumq́ medius parallelus illius ſit ferè æquator, poterunt tanquam maximi circuli gradus per 60 multiplicari. Iapetiæ longitudo à fine terræ, ubi ſunt 5 ferè gradus long. ad Tanais oſtia, ubi orientaliſsima eſt 65. graduum, unde 60 remanẽt pro longitudine. Sed quũ ſit ualde obliqua hæc menſura, per medium parallelum multiplicanda erit. Medius autem parallelus eſt, ut 3 ad 4. quare gradus hi per 45 milliaria erunt multiplicandi. Latitudo uaria eſt. Nam ubi eſt latiſsima, eſt ab Alpium Ianuæ proximorum ramentis ad DANIMARCHIAE peninſu-

lam, aut ab auſtraliori Peloponneſo ad littus Sarmaticum. Primo à 42. ferè gradu ad 57. aut à 35 ad 65, ubi latiſsima eſt. Semia autem ab ea parte ubi in noſtrum mare maximè intrat, ubi ſunt 55. grad. long. uſque ad 230. ferè gradum long. ſe extendit, quaſi 50. gradibus uel 3 horis pluſquam uoluerit Ptolemęus cõtra Marinum. Quare longa eſt 185. gradus: parallelus autem medius parum differt ab eo qui per mediam Iapetiam tranſit: unde per 47. milliaria poterit menſurari gradus eius. Latitudo autem maxima à Malacha, ubi latiſsima eſt, ferè æquatorem attingens ad 80. uſq; gradum Scithicæ partis: quare 75. gradus latitudinis maximè habebit. Atlantis autem Auſtralis patet latitudine à 10. gradu citra æquatorem, ad 54. ultra, per 64. gradus. longa uerò, à promontorio Gigantum ſiue S. Helenæ, ad Parnambuki arcem, quæ Portugallẽſium eſt, 50. ferè gradus longos. Nam ibi parallelus eſt ferè idem cum æquatore. Dato uerò à noſtro hemiſphærio principio ſupputandi, incipit eius longit. in 275. long. finis autem in 325. pars autem Aquilonaris à 10. gradu citra æquatorem, ſaltem ad 75. patet per 65. gradus meridiani. Sed longitudo, ab eo promontorio ubi ad Aquilonem reflecti uerſus Semiam uidetur, & ubi 40. lat. 215 gradus longitudinis ſunt, uſque ad extremum orientale 120. gradus ſunt. Sed medius parallelus multum ab extremis differens, erit circa 52. gradum conſtituendus, ubi eam habet rationẽ ad Meridianum maximum'ue circulum, quam 13. ad 20. hoc eſt, erit men-

erit menſurandus per 39 miliaria, & non per 60. pro ſingulis gradibus.

*Rerum quæ in Chameſia, Aphrica'ue, tam loco quàm tempore fuere, συνόψις.*

QVia ſumma uanitas eſt occupari in cognoſcendis ijs quæ periêre, aut ſunt peritura, niſi quatenus cognitio facit ad prouidentię Diuinæ manifeſtationem, ut qui curam ſpecialiſsimã de rebus humanis in hac uita habet, etiam certiſſimè ſciatur & ſperetur fore remunerator, in qua conſideratione finis totius ſcientiæ mundi debet eſſe conſtitutus: ideo iſthæc maledicto nebuloni Chameſi cõceſſa pars deſcribenda ſumitur. Quos terminos olim habuerit Chuſsia, id eſt Nigredo prouincia (ſic enim malim latinè, quàm gręcè Æthiopiam, ſignificationem uocabuli & non nomen proprium exprimere: in hac enim aſtutia trahendi omnes etymologias ad ſuæ linguæ ſignificationem, omnia peruertêre Græci) nunquam fuit ſatis notum: imò ne Ptolemæo quidem, alioqui uicino. Vnde quum tot errata, quot uerba aut numeros, in ea parte admiſerit, circumſcribã quatenus maximè innotuit. Quum uideantur atro admodum colore homines maximè ſub æquatore, & locis uerſus tropicos uicinis, ita ut mixti iam ſint ubiq; inter albos, & multi albi ſint & perſeuerẽt omnibus ſeculis in ſua albedine: certiſsimũ eſt, originem nigredinis non à regione (ut hactenus eſt putatum) ob ſolis ardores, ſed à ſtirpe & ſanguine promanaſſe hunc colorem. Nam nec in Indiæ littoribus, niſi ex traducta hinc

 ſtirpe,

ſtirpe, uidentur. Eſt autem ſolidiſsimum argumentum ex rebus Atlantidis. Nam in tota illa tam ampla prouincia, nulli planè Aethiopes Nigri'ue, ſed oleaſtrino, Indóue, aut ut plurimùm cinericio colore ſunt inuenti: preter paucos inuectos aliquando in uno ſolo loco, & ea de re cane peius & angue odioſos uicinis, quum alioqui ueri Aethiopes ſibi de ſua placeant nigredine. Quòd autem ſtirpe, non ſolis æſtu, in Chameſia ſint tales, ex hoc apparet: quòd uſque ad 35 gradum latitudinis in Chameſia ultra æquatorem ſunt nigerrimi: quum apud nos Hiſpania, Sardinia, Syria, Arabia, Babylon, Chaldæa, Perſis, Suſiana, Gedroſis, intra 35 gradum ciſæquatoriæ latitudinis, nullo modo naſci Æthiopes uideantur. Credamus itaque neceſſe eſt ſecretæ Hebræorum traditioni, qua aiunt, ex albo parente Chameſe (ſicuti & Iapetus & Semus erant albi) procreatum fuiſſe cum tali ſcelere filium poſt diluuium primò ex ipſo genitum, ut in ſceleris parentum argumentum nigro colore miſerandus puer natus ſit. Scelus autem fuit eiuſmodi. Quum crederet primò ſtatim tempore ex illis 4 maſculis filium genitum natum'ue debere primogeniorum uniuerſi iure uti Naturæ beneficio, & non diuinæ gratiæ auxilio conſequi, intra ipſam arcam, ubi omnia ſummo timore tremebant, uidendo Diuinã uindictam, & ubi (ut etiam tradunt) Noachus monuerat filios, ut interea ab uxorum contactu abſtinerent, quoad ex arca tranſacta Diuina uindicta

dicta exiјſſent, auſus eſt ( ut qui neceſſariò omnia fieri nebulo ſibi perſuaſerat ) cum uxore congredi. Hinc ad inobedientiæ & contemptus Diuini indicium, Deus Chuſſum filium atro colore uoluit naſci, unde ſtirpe cæteri deſcendunt Aethiopes. Quum autem uox iſta Chus nigrum ſignificet, ſimiliter autem & שחור & קדר, iſtæ quidem duæ de quacunque nigredine dicuntur : nigredo autem Chuſsi nunquam niſi pro malignis hominibus poſita, hac inobedientiæ ratione legitur. Hinc clariſsimè de Saulis filiј Biniamin perfidia Dauid cantans, illum Chus filium Iemini uocat, more Latinorum, qui improbos & impios nigros dicebant, ut in uerſu eſt:

*Hic niger eſt, hunc tu Romane caueto.*

Hinc, ubi Aſa Diuina fretus potentia, ciuitates audacius muniuiſſet, quàm par erat Regem catholicum, 10. tribus Iſrael ſub Zeracho duce, nomine Chuſſæorum uocatæ, inſurrexere cum decies centenis hominum millibus, contra illum, qui ſolum 350 millia hominum habebat, & ſtatim repreſsit fregitque eorum audaciam. Nam licet ad literam uideantur fuiſſe Aethiopes, propter ſolum nomen: tamen priſci libri, & maximè Zohar & Thalmud, tradunt, ſua impietate excommunicatione & hæreſi Chuſsim, id eſt nigros iſtos fuiſſe Aethiopas Iſraelitas. Et certè eſt omnino illa hiſtoria factu impoſsibilis, ut unus hominum millio, ſiue 10. centena millia hominum, per tres menſes itineris per arenas tam in

commodas

commodas ( ſiue per Arabiam tranſmiſſo mari rubro, ſiue per Ægyptũ ueniſſent ) quum 12. dies arenoſi utrobiq; itineris ſit, & nulla mentio unquam in ullis humanis maximè Ægyptiorum regum tũc florentium literis aut memorijs reperiatur huius expeditionis, potuiſſent maximè ad pijſsimum omnium regum Iſrael, qui poſt Dauid & Salomon maximus idololatriæ euerſor fuerat, impetendum tot Æthiopes (niſi uolaſſent) aduenire. Erant itaque decem tribus una Chuſſæa appellatione in hoc peſsimo facinore notatę, quod ipſi regi Aſa, eo quòd idola & Baalim, quę ab illis unà cum Deo colebantur deſtruxiſſet, & præterea ſuas ciuitates ita muniuiſſet, ut contra uicinorum potentiam eſſet ex hoc facto in poſterum tutiſsimus. Hæc itaque fuit Chuſſęi nominis ratio. Et ea de re Amos nono, uocat Iſraelitas tanquam Æthiopes, ut hoc declaret. Nigri itaque quotquot ſunt in orbe, ſunt traducti ex Chameſia, uti gens ſola uafricie & dolis pollens, & nil animi habens, ſed planè ad ſeruiendum nata, præter illos qui nomen Chriſto dedere. nam nulla planè cæteri fide ſunt. Hinc Punicæ fidei traductio, in prouerbium infamiæ. Ex huius itaque Chuſsi iure Gręci nomina Æthiopum & Mauruſiorum Maurorum'ue traxere. Quid ſint, quo'ue limite finiantur hæ prouinciæ, quum ſint iam penè innumeri Coſmographici libri, non repetam; ſolum hoc oſtendam, quomodo ſub iugum alterutrius fratris deuenerit ea gens, ut per Noachum Deus prædixerat. nam Coſmographia alioqui

tota in Diſpūctionum opere abſoluetur, poſtquā orbis innotuerit. Recidit itaque fœlicißimè hęc Cuſsi proprietas & regnum in Semi dominium, factusq́ue eſt Chus ſeruorum ſeruus: quum regina Saba ipſius regni Æthiopum domina, poſt auditum uiſumq́ue Salomonem, ſuſcepto ex eo ſemine maſculo, quem uocauit Melich, & in uera Iudaiſmi adhuc pacifici & nondum diuiſi religione ad 14. annos penes patrē imbuto, ſub Reip. huius ueræ obedientia totam mediæ Æthiopiæ gentem conduxit. Suſcepto autem Abrahamico illo iugo ex Melchiſedeko deſcendente, conſtantißimè in Iudaico cultu perſeuerarunt ſemper, quotannis ſaltem ſemel ſua munera ad Ieroſolymitanum templum mittentes, ut in continuis Æthiopum hiſtorijs traditur: donec rege Iudæorum ab ipſis carnalibus Abrahamitis reprobato, & Cæſaris Iapetini potentiæ tradito, quum dixere ſe non habere Regem niſi Cæſarem, ipſi Gentiles approbato Chriſto, factiq́ue ob Iudaicam excommunicationem contra Chriſtianos Eccleſiæ domini, cuius ſedes inter Iapetitarum ſummam potentiam declarari opus erat, Eunuchus unus à Philippo apoſtolo Gentilium introductore baptiſatus, Chriſti ſuauißimum iugum hactenus à Gentilibus cōtra Iudæos Iapeti iure receptum, Æthiopibus attulit: & quos Regina olim ad Iudaiſmum ſub Semo attraxerat, nunc unus ſemiuir Æthiops, Candacis reginæ eunuchus, potentię & imperio Iapeto ipſi cōceſſo ſubiecit. Cæteræ autem prouinciæ, uidelicet Mau

 ritaniæ,

ritaniæ, Numidia, Aphrica propriè, & unde Syri Cyrene atque Ægyptus, uarijs quidem uictorijs ſunt à Semianis ſubactæ. Nam Perſę olim uſque in occidentales partes nauibus tranſuecti, Pharuſios defectu literæ p, pro Perſis (teſte Plinio) de ſe nominarunt, & ſub Semo reduxere. De ipſis Phœnicibus Tyrijs, illius florentiſsimi Carthaginenſium ſtatus fundatoribus, eodem Semi iure illuc profectis, & in ſummam Iapetitarum Romæ ſemper ſuperſtitum æmulationem roboratis, notior eſt hiſtoria, quàm ut repeti debeat. Quàm ſæpe autem ſit ab Aſiæ Semianis poſſeſſoribus Ægyptus impetita, ſatis tam Græcis quàm Latinis literis eſt expoſitum. Sed quum Semiana iura ad temporales mundi poſſeſsiones ſint inualida, & planè commercio tam Cananeorum quàm Babylonicorum Chameſitarum infecta, Romani, quamuis obliterata Noachi Iapeti'que memoria Romulus omnia ad ſe ſuos'que Saturnitas Chameſenuos protrahere uoluerit, fuere reuera in ſubiuganda ſibi Africa ſuperiores Aſiaticis. Trecentis itaq; aut circiter ante Melchiſedeki filium, æterni'que Pontificatus ſucceſſorem IESVM annis, præter unam Ægyptum, ferè ſibi uſque ad iam ante ad Iudaiſmum conuerſam Æthiopiã uictis Carthaginenſibus & Mauris, ſua ſibi ſeruitia retraxerant. Sed quum ſumma uis intelligentiæ, & Tyrię Babylonicæ'q; par, Ægyptum protegeret: Deus non permiſit ut prius ſub Iapetinum reduci, aut conduci potius regnũ poſſet, quàm Romani per Sibyllinos libros

eſſent

eſſent admoniti, ut cauerent ab eo qui Ptolemæum Ægypti regem eſſet reducturus. Eſſe enim fatale, ut ſtatim ipſa Ægypto ſubacta, Monarcha uniuerſi naſceretur: quod Romani de illo, qui Ægyptum ex ſuis Iapetitis uinceret, intelligebant. Sed Sbylla de illo Rege regũ Semiano intelligebat, qui 42. anno Iapetitæ Imperatoris natus eſt Redemptor mundi in Iudæa. Sed poſtquam præſtatiſsimi tam Semianorum quàm Iapetitarum conuenere in probando recipiendóq; pro Rege æterno Chriſto: tunc uera uictoria ita potiſsimum eſt ſubacta Ægyptus, ut ſicut nuſquam gentium maior fuerat error quàm ibi, ita nullibi uſquam maior aut ſincerior Chriſtiana pietas pro trecentis annis quàm in Aegypto regnauerit: ita ut ſtatim inde in tota Chameſia uera religio, fœdam idololatriæ impietatem à Chameſitis primò in Syria ſancta, in Chaldæa & in Aegypto ſuſcitatam, & Poetarum Græcorum artificioſis mendacijs ubiuis ferè diſperſam, deſtruxerit & in Africa Chameſia recepta ſit, ut nulla ex parte orbis doctiores ſcriptores quàm ex Africa, orbis receperit. Teſtis eſt Tertullianus, Cyprianus, Lactantius, Arnobius, & qui omnium inſtar eſt Auguſtinus. Sed tamen tales omnes, ut in quibus multa deſideres: hic autem ob diuerſas ſectas Manichęorum & Donatiſtarum, aliorum'que, quas applicatis ad ſuum argumentum ſcripturis refutabat, in ſe Chameſiæ odores maximos refert. Sed impatiens tã repentinæ uictorię de ſuis Chameſitis reportatæ Satanas, rurſus ex Mitzraim

Aegyptóue uenenũ Arrhianiſmi effudit: & quia per ſe non potuit, adiunxit & deprauauit ſecum gentem alíoqui inter Iapetitas innocentiſsimam Gotthos, Vuandalos'que, quos (ſic merentibus ambitioſis Chriſtianiſmi miniſtris, quorum peſſimo auariciæ exemplo totus orbis perijt) ex Thraciæ finibus in totam ſparſit Iapetiam: ita ut transmiſsis Germaniæ nationibus nondum Chriſto initiatis, turbo ille in Italiam partim, ubi quadringentis annis oppreſsit fideles Iapetitas, tranſierit & ſteterit, aſsiduis quadringẽtorum annorum incurſionibus Chameſiano Alexandriæ Aegypti ueneno infectis, eò contendentibus: partim per Gallias & Hiſpanias tranſiens in Chameſiam, ubi erat finalis Chameſini huius motus ſedes & finis peruenerit, ubi ferè (ſicut ſemper & ubiuis ſolent hæretici) prætextu reformandæ Eccleſiaſticæ doctrinę, totam funditus Chriſtianàm pietatem deſtruxerunt. Inde ex repullulantibus Nemrodi primogeniti Chuſsi Aethiopis radicibus in Semia, Perſarum rex Choſroes indicto bello ipſi Chriſtianiſmo, poſt euerſam Ieroſolymã, & Syriam ſanctam omnino deſtructam, in Aegypto primùm, & demum in Chameſia tota, ſaltem ad Carthaginis uſque loca, quod ab hęreticorum factione ſupererat, unà cum Vandalorum Arrhianorum reliquijs deſtruxit. Superueniens autem omnium peſsimus ſanguis, & ferociſsima Iſmaelis ex materno Mitzraim Aegypti'ue Chameſiani ſanguine, cum fideliſsimo Semiano in Abrahámo iam benedicto commixta gens

Iſmaelitica,

Iſmaelitica, quæ interim dum adhuc erat ſterilis Sarah Semiana, nata ex ancilla Petrea eſt, cuius'que manus cõtra omnes hactenus fuit. Hæc gens in ſua ſumma iura conducta per Iſmaelitarum anteſignanum Muhamedem, ſtatim totam ipſam Chameſiam obtinuit, & materna repetiuit iura: eam ob unam ſolam culpam, quòd Chriſtiani primitiuæ Eccleſiæ non obediuere, ut debebant, primò Apoſtolorum concilio, de tolerandis unà cum uiuiradicibus & noua arbore uetuſtæ arboris folijs. Inde, ut in toto etiam Semiæ Chriſtianiſmo, (ſicut & in Chameſiano) Deus ſummas opes huic Semiægyptiæ aut Semichameſianæ genti contulit: ſic dedit ſplendidiores & celeriores orbis uictorias, quibus illuſtrata, Alcorani alioqui nugis detenta & occupata gens, in Tartarorũ, Indorumq́ maxima parte, & in Perſis, Parthis, Turchis, Chaldęis, Syris, Arabibus, & in tota Chameſia (præter Chuſsiam reginę Sabba ſuccedentem) diffuſa uidetur. Sic erat opus, maledicti etiam in ſerua Aegyptia genus repullulare, donec Aſſenethæ liberæ ſacerdotis'que filiæ auguſtiſsimum genus in Ephraimo ſuccedat: & eiecta ancilla cum filio eius, duæ ſimul liberæ ſuccedant. In Iſaak enim, qui totus eſt Semianus, & in Ioſephi filijs, qui ſunt partim Semiani ex patre, & partim Chameſiani, ſed ex nobili & non ſerua matre, opus eſt uocari Semen, quod æternã in Chriſto, tam Chameſiæ quàm Iapetiæ & Semię uictoriam reportet: ut particularis prouidentiæ Dei omnia ad CHRISTI IESV Regnum Pontificatumq́

ficatumq́ꝫ dirigentis cura, actu in totius munda-
næ hiſtoriæ curſu toti mundo demonſtretur.

*Rerum quæ in Semia Eccleſiæ reſpectu con-
tigere συνόψις.*

NOn ſatis habuit diuina prouidẽtia, demon-
ſtrare continuè imprecationem à Noacho
contra nefarium filium factam, eſſe uerisſimè iu-
ſtisſimé que inflictam, niſi & ſummum fauorem
erga Semianam domum etiam finali uoto oſten-
deret. Voluit itaqꝫ circa locum ſacrum ab Ada-
mo, per ſuam & Chauæ omnium matris ſepultu-
ram in Syria ſancta electam conſtitutum, ut fieret
actu tam manifeſta demonſtratio electionis Di-
uinæ, ut nulla eſſet toto in orbe terrarum gens,
quin etſi ipſa nollet, tamen hoc agnoſcere coge-
retur. Temporibus itaqꝫ ijſdem quibus Nemro-
dus, nigerrimis ſceleribus magis quàm ſemine a-
ter nigri Chuſsi filius, ſub ſumma ſolius unius ſi-
gni cœleſtis omnium uiuacisſimi aſpectus uirtu-
te, id eſt ſub leone ponebat ſuę Babylonicæ ciui-
tatis baſim, & ignei ſolaris ue Dei ſui cultum inſti
tuebat, Deus ex eodem loco (ut gratiã, & non na-
turam, libertatem, & non neceſsitatem, ſemper
regere omnia fateamur) corpus Abrahami uo-
luit eligi. Conſtitutis itaque Abrahami taber-
naculis circa ſepulturam Adami, cum illo ſuo
corpore conſtellatione Chaldaica genito, & na-
to, ſub eiuſdem Leonis ui, ſicut & fundatio ciui-
tatis Nemrodicæ, uoluit renouari loci illius ſacri
memorias & poſſeſsionem. Et ea de re noluit A-
braham ſepulchrum illud à Chananæo gratis, &
multo

multo minus precariò accipere: ſed precio publicæ monetæ numerato, uoluit ſuum fieri. quod & ipſum eodem iure & intentione aliquãto pòſt fecit 100. annis Iaacob, non pro ſe, ſed pro Ioſepho filio, atque pro Ephraimo & fratribus, inter Sechem & Samariam: unde 10 tribuum poſtea defectio, quia in ſolius Iudæ parte erat Mamre, ſiue Chebron, ubi ea de re confirmatus eſt Dauid in regnũ, & eiuſdẽ loci ſacri Adamini gratia Melchiſedek totis 500 annis ſedem ſui æterni ſacerdotij etiam ante Abrahã conſtituerat. Inter fortiſsimas itaque & ditiſsimas duas maximas mundi potentias Ægyptiacã & Babylonicam, & quæ nil in toto mundo ſibi opportunius uendicare cuperent, contenderent & ſatagerent, quàm prouinciam terrę ſanctæ, qua pro uniuerſali imperio parando & retinendo nulla eſt in toto mũdo magis idonea, & quam propter ſuorum fratrum tygrannidem in Chameſiana domo confirmandam Canaan ille quartogenitus, & ideo loco patris maledictus, elegit & occupauit: Deus ut ſuam omnipotentiã manifeſtaret aſsiduè & ſenſim toti mundo, uoluit ſuę Eccleſiæ Melchiſedekianæ ſedem collocare. Et ut nulla ignoratione huius rei teneri Aegyptus poſſet, digniſsimos hac poſſeſſione, imò & uniuerſi dominio, Deus in uno ſolo homine, in pedore carceris macerato, uoluit manifeſtari tam ſummo diſcrimine gentem electam, ut etiam ipſa Aegyptus aliàs frumento abundantiſsima, fame ſeptennali necaretur, niſi Deus per Ioſephum tam Aegypto quàm orbi proſpexiſſet.

Sed &

Sed & quum ſurrexit rex Ioſephini beneficij immemor, qui ad ſeruitia Chameſis uoluit Semianos in Aegypto allegare: Deus fecit ut nō ſolum Aegyptus, ſed & totus orbis ſummerſionem Pharaonis, inermes homines retinere in Chameſiana ergaſtula uolentis, conantiſq́;, audiret: dum ad ſacram legislationem audiendam probandamq́; Deus aperto miraculoſe mari ſacrū populū educeret. Vnde poſteriores Pharaones quamuis uicini, nil attentare contra eam gentem totis 480 annis auſi ſunt, niſi quū dignum iudicaſſet unus Pharaonum regem Solomonem, cui filiam daret uxorem: pro cuius repetenda dote, demum mortuo Solomone uenit, & templum ſpoliauit. De domeſtico Cananęorum et Moabitarum Madianitarumq́; bello contra hanc gentē ſic eſt probatum, ut nunquam uinci potuerint ab hoſtibus externis, niſi prius infidelitate & ſceleribus à Deo defeciſſent. De ſumma illa quatuor Monarchiarum ui, aſsiduè, ſi euincere potuiſſet, impetente huius Reip. diuinæ baſim (uulgari enim prouerbio in toto oriente ferebatur, Gentem Ieroſolymitanam eſſe regibus uniuerſi, maximè autem Babylonicis, rebellem) illud conſtat, non niſi ſemel, & hoc præordinante in eius caſtigationem Deo, potuiſſe edomari, quum 70. annis in captiuitate retinuit, ea una ſola culpa, quòd cōtra Dei uoluntatem & plus tempore petiti reges, & etiā Dauid atq; Salomō, reliquerāt ſanctiſsimū Semi de tabernaculis habitandis inſtitutū: unde pro malefidis urbiū & arciū munitionibus confœderationes

rationes alienorum principũ & deos uicinarum gentium amplecti cœperant, & Diuinam protectionem ſimul cum humanis uicinorum auxilijs confudere: & quod erat multo deterrimum, & quod eſt omnium peccatorum peſsimum, infidelitate erga Deum laborare cœperant, ita ut cum ueri Dei cultu etiam Baalum, Solis idolũ, & Baalpehorum tanquam ſeminum numen, aliosq́ꝫ falſos deos confunderent: unde non fuit Babylonica Nemrodi Chameſitæ in ſuo ſucceſſore Nebucadneſaro uirtus, ſed Diuina iuſticia caſtigans illam gentem, quæ illum ſtatum Babylonicum, cui per ſcelera & per falſas religiones ſeipſos ſimiles reddiderant, miſit ad eos caſtigandos: uti pater caſtigat magis filium dilectum, quàm ſeruum. Sed res admiranda in illis poſt 70 annos reſtituendis contigit: quia Medorum Iapetitarum rex loco Chameſitę Darius dedit edictum de reſtituenda reip. illius Diuinæ baſi, ita ut & Cyrus rex Perſarum & Darius communi ſtatuto quantumuis rebellantem regibus ciuitatem curarint reſtitui, quum alioqui 10. tribus propter obſtinationem, contra unionem Eccleſiæ catholicæ ſub Iudah uſque ad Chriſti aduentum conſeruandæ oppoſitam, decreuiſſent ſe nunquam uniri uelle ipſi, quouſque Ephraim & non Iuda rebus potiretur. Hinc ultra fines Mediæ & Perſidis abductæ decem tribus, nunquam ad eius priſcæ Reip. Semianæ uſum & unionem rediere, ſed à memorijs ſuorum maiorum ob ablatos illis libros & ſacerdotes unà cum electionis loco, depulſi abierunt 180

menſium itineris ultra fines Perſidis ſpacio,in Arſareth,unde poſtea ſub Tatarorum nomine aperto illis rurſus diuinitus mari exiuere,quãdo Vmchani Pretoiani Semiani tyrannide oppreſsi, illum demum ſubegere, & poſtea totam Semiam ad Indiam uſque ſibi ſubegere, neſcientes tamen qui nam eorum maiores fuerint. Sed reuera ex Semiano iure in hoc 10. Tribuum poſteritate cõſeruato, tam Tarſenſium populorũ & Vmchani Chriſtianorum potentiſsimorũ clariſsima olim dominia,quàm Tatarorum, Turcharum & Perſarum hodiernorum Imperia ſunt nata. Licet enim non mereantur hoc ipſum gentes, Deus ſua promiſſa ſeruat: & ſe,poſt ſpecialem quam habet de Chriſti Eccleſia tam ante eius aduentum primum, quàm poſtea conſeruanda, de omnibus alijs regnis curam habere demonſtrat: ut non fruſtra uel in Semo benedicti,uel in Iapeto dilatandi utriuſuis filij legantur. Et quãuis uerum ſolumque Deum, quaſi non eſſet Deus, Iſraelitæ irritarunt, quia non deſinit propterea eſſe Deus: ſic & quamuis Deus in gente ſtulta illos, quaſi non eſſent gens, irritos reddidit, nõ tamẽ debuerũt deſinere ne eſſent populus: ſed ne eſſent tales, quales ſe eſſe gloriando, & omnia ſua ob regna Iſraelitica perturbando, ueluti promiſsiones ab ipſorum primogenito Ephraimo, & non à Deo penderent, deſinerent non eſſe gens, ſed in ſua falſa perſuaſione HABERI, ſed non ne eſſent gens Iſraelitica aut Ephramica uel Ioſephina, quouſque Deus miſericordiæ ſuæ immenſæ memor, illos

in ea

In ea ſua ſtulta opinione mortuos, poſtquam ab 800 annis ante Chriſtum natum, uſque ad 1200 poſt eiuſdem natiuitatem, hoc eſt per 2000 annorum ſpacium tabernacula Scithica ſeu Semiana ſine proprietate, ſacerdote, lege & literis, nec ſine regno habitando, expiaſſent plus tempore petiti in terra Iſraelis regni ſcelus. Quàm autem ſit mirabilis Deus in cohibendis ſummis mundi potentijs, patuit in tertiæ Monarchiæ authore Alexandro, qui deliberans ſe uelle excindere Iudæorum Reip. baſim, coactus eſt ſupplex ſummum adorare Pontificem, quem uenerat necaturus ut perduellionē, & ſuum ſummum hoſtem. Quarta autem Monarchia nunquam excidere potuit eam gētem, quoad per ſummos magiſtratus Rex ab æterno inſtitutus fuit à ſuiſmet ſubditis cum Cæſare Iapetita commutatus, & poſt crucis mortem ab illis procuratam in cœlum uiſibiliter euectus. Licet autem ſub Græcis & Romanis iam bis Iapetitæ in Semianā poſſeſsionem redierint, omnia tamē ſub unius CHRISTI IESV ducatu, hoc eſt Pontificatu & regno ordinata, & ex præmeditatione illius ſolius uirtute facta fuiſſe, fateri omnino neceſſe eſt. Vt autem mirabiliora Dei opera in protegenda Melchiſedekiana ſede, & loca iuxta Adami, triumq; Patriarcharum cum totidem uxoribus ſepulchrum, pro ſacris cōſtituta, imò ſolius corporis Naturæ, & nō perſonæ palàm aſſummendæ unigeniti filij Dei cauſa electa & conſeruata uiderentur: Deus in ſacra hiſtoria uoluit hoc in ſacris poni, ut ueriſsimè

credatur, Achſauerosſcium, ſiue ut uulgo Aſſuerum, qui Eſteram uxorem in Suſis clariſsima Suſſcianæ prouinciæ urbe duxit, dominium ab Aethiopia uſque in ultimam Indiam habuiſſe ſuper centum & uiginti prouincias. Nam hoc per Coſmographiam oportet duplici nomine ſcire. Primò, ut uideatur quanta fuerit Diuina potentia in שוריל Syriah ſiue Suriah, hoc eſt Dei muro conſeruando pro Eccleſia. Quum enim Aſſyriorum ſiue Chameſitarum à Nemrodo fundatum regnũ 1350 annis ſub Aſſyriæ titulo, & poſtea ſub Babyloniorum uocabulo 200 annis ſemper in toto orbe Semiano tanquam caput aureum, & reuera minus quàm cęteræ, mala ſtatuæ Danielicę pars, quæ iam ſaltem à Nini & Semiramidis temporibus uſque in Indiam protendebat ſuper omnes gentes non Scithicas imperium: tamen iam ab Abrahami cõtra Chaldæos uictoria 300 uernaculis contra Babyloniæ regem multos'que alios pro liberando Lotho fratre ſuſcepta, uſque ad captiuitatis Babylonicæ tempus, nunquam quicquam totis uidelicet 1500 annis potuit cõtra Melchiſedeki angelum, uel Aſſyria uel Babylonica potentia, tantis alioqui imperijs quibus præerat munita & roborata. Secundò, ut longè mirabilius uideatur, quomodo poſtquam iſtæ florẽtiſsimæ opes ad Perſas deuenerant, illorũ clariſsimi principes Darius, & ante illum Cyrus, ſtatuerint, ut etiam ex ærario publico conceſsis impenſis grauiſsimis, gens quæ alioqui erat tota in captiuitate, ſola'que ſupplicatione & miſeria extrema ipſis

regibus

regibus nota, rurſus fundaret templum, & remp. reſtitueret, quam nulla ui nec Ptolemæi nec Antiocheni reges Alexandri ſucceſſores totis ferè 300 annis obſidendo, & per hæreticos Samaritanos labefactando, potuere exterminare. Prouinciæ autem 120. inter cæteras continebant Ægyptum, Arabias tres (Petream, Deſertam, Fœlicem) Syrias, Palæſtinã, Cœlem, Antiochenam: Armenias duas, Ciliciam, Pamphiliam, Lyciam, Æolim, Dorida, Troada, Bithyniam, Aſiam minorem, Paphlagoniam, Cappadociam, Iſauriam, Albaniam, Iberiam, Carduchos, Meſopotamiam, Aſſyriam, Mediam, Hyrcaniam, Parthiam, Suſianam, Chaldæam, Babyloniam, Caſpiam, Caduſiam, Mardos, Perſiam, Carmaniam utranq;, deſertam uidelicet & habitabilem, Margianam, Drangianam, Bactros, Gomaros, Ariam, Arianam, Gedroſim, Paropameſadas, Arachoſios, Paradenenos Indo fluuio proximos, Saghas, Saccas'ue, qui & Dahæ, & utramq; Indiam, ſub quibus erant aliæ innumeræ, ſingulis temporibus pro tyrannorum principum'ue arbitrio uocabulis alterari ſolitæ: & maximè tunc temporis, quum infantili illo aut puerili ſæculo omnes regis nomen appeterent, & prę ſe ferrent: quod uel in Cananeis uideas, in quorum regione, quę alioqui nequaquã Galliam ciſalpinam etiam cum montoſis locis ęquat, probes, quum 32 reges una die & conflictu Ioſue occiderit. Hoc autem nolim dictum ad imminuendam Babylonicorum uel Perſarum uel Mediæ regum poten-

tiam, quæ ſuo ſæculo maxima in toto orbe fuit: ſed ut numerus 120 prouinciarum etiam maximarum ſit in tam magnis illis & amplis, quas numeraui, comprehenſus. Nomina enim ſola audiuimus ſub Medorum Perſarumꝗ, & ſub Aſſyriorum Babyloniorumꝗ regno. Sed quum demũ per Alexandri Græcorum'que & Romanorum uictorias illuc effuſas in Græcorum & Latinorũ ſcriptorum tractationem deuenere, tunc quàm eſſent magna quæ alioqui antea ſolo nomine innotuerant, uiſum eſt. Sic oportebat Remp. perfectiſsimi exempli & inſtituti dominam patiendo, fortiter'que tolerando omnia aduerſa, dare eius Regis ſpecimen, qui ab ea eſſet oborturus, & in paupertate probro atque dolore, non pro ſe, ſed pro ſua gente uoluntariè perpeſsis demõſtraturus omnibus ſacrarum & humanarum legum arbitris, miniſtrisꝗ, dico ſacerdotibus, principibus & iudicibus, bonis'que & probis patribus, quomodo æternæ memoriæ & pręmij principatum gerere oporteat. Hic enim erat, eſt & erit, tam Melchiſedeki quàm Melchiſalemi finis, tam in Concilijs generalibus uel prouincialibus ſuæ Eccleſię, quàm in ſummis medijs & inferioribus eorum populorum qui illis ſubſunt moderatoribus: ut ex Chriſti unius exemplo, omnes ad unius reducantur Pontificatum & Regnum.

*De rebus quæ in Iapeti Atlantis'ue parte contigêre.*

QVamuis ex Phrygione, Funkio, Riddio, Iohanne Mario Belga, Lucido'que, & alijs pleriſꝗ

pleriſque magnis noſtri ſæculi ſcriptoribus, licet nondum tempore authoritatem commeruere, poſsit unà cum Beroſo antiquitas habitationis Iapetinæ probari, ſicut & omnibus illis conſentiente Catone Romano: tamẽ ad certiſsimam fidem toti orbi faciendã unus Arnobius ex Varronis teſtimonio ſatis erit. Ait enim libro contra Gentiles, ex Varronis hiſtoria, quæ tum adhuc ſupererat, conſtare: à Iani qui, cum Gallis Vmbrorum progenitoribus & cum Chameſe ex Armenia Scithica Saga in Italiam tunc 140 poſt diluuium anno uenit, & primam ibi habitationem inſtituit, quoad Saturnus Chameſes ex toto orbe ob maleficas artes proſcriptus, in regni partem, ita tamen ut lateret ſub Iani authoritate ( unde Latinum nomen ortum eſt ) reciperetur, effluxiſſe uſque ad Hircij Panſæ'que conſulatum uix duo millia annorum. Quum autem Ianus fundatis duabus urbibus in Italia, iuxta Tyberim fluuium, Ianiculo uidelicet ad occaſum, & Saturnia eregionè eiuſdem ad ortum, 58 anno uitæ Abrahami, & 350 à Diluuio obierit ( ut ibi capiatur illorum 200 annorum principium, ubi finem uitæ faciens nominis ſui memoriam, in ciuitatis urbis'ue quam condidit, & in montis ubi ſepeliri uoluit, & in fluuio iuxta quem habitationem elegit, Ianiculum hæc tria uocando reliquerat, & inde certis memorijs ad Auguſti uſq; tempora deueniatur ) uidetur planè in Iapeti hiſtoria, ſicut & in Semiana, temporum eadem ueritas. Quum aut proſcriptus, &

maximè

maximè excõmunicatus, à ſummo ſacerdote Mel chiſedeko, qui & nomine Domini ſui Iouih ſeu Iu piter & Saturnorũ nobiliſsimus dicebatur, Chameſes nuſquam gentium tutus eſſet, & ideo maximè ſceleribus corrumpere Iapeti genus ſategiſſet, ut per morum improbitatem licentiam'que uitiorum ab aurei ſæculi rigidiſsima diſciplina (quod eſt facilimum) ſibi conciliaret, & præterea Saturnus urnæ'que depoſitor dici uellet, ut locum & ipſe ſacrum poſteris cõderet, unde quaſi Italia ſua eſſet pars, cum memoria patris uoluit ſuam in Saturnia collocare: Iapetus, qui alioqui memorias in re ſua nõ curabat de ſuo nomine relinqui, uoluit in Chameſiæ præſtantiori ad occaſum parte, ſuper partem huius ſerui ſeruorum eius nominis ſui alterius & ſecundi memoriam accepta poſſeſsione poni. Centeſimo itaque & 48 anno à diluuio, quum ſuas magicas artesueniſſet ex Ægypto docturus unà cum Iano patre in Italiam, ut tentaret ubiuis euertere Diuini decreti cõtra illum & poſteros diuinitùs & non humanitùs à Noacho Iano prolati edictum, aut fratres eorum'ue filios per ſcelera in conſimilem iram Dei conducere: Iapetus ille priſcus (nam multi Iapeti, Iani, Saturni'que, & Ioues, Hercules'que fuere) qui Hatal & Attalus ob uniuerſi imperium in Italia ad locum ſacrum per Iani patris ſepulturam conſtituendum dici uoluit, quaſi permiſſo (ſi poſſet ad ſe cõuertere) ſuo iure nefario fratri, qui fratrem, & maximè omnium patrem ridebat ſemper, negabatq́ eſſe profetam, ex ipſa Italia

eodem

eodem aut proximo anno abijt in Chameſiæ occiduã partem: ubi palàm Iapeti, Attali ſiue Itali ſiue Atlantis nomen eſt profeſſus: & ne unquam in urbis euerſione periret, uoluit non urbi aut rei corruptioni obnoxiæ imponi memoriam: ſed Monti altiſsimo, celeberrimóq;, & omniũ quotquot ſub cœlo ſunt amœniſsimo ditiſsimóq; nomen ſuum Atlanticũ imponi, eo quòd ibi Aſtronomicæ diſciplinæ multos alumnos reliquit. Et ut adhuc certior fama in excommunicati fratris parte iure occupanda remaneret, uoluit ut totum mare illud occiduum, quod è monte illo uideri poteſt, fines'que tam Iapetiæ quàm Chameſiæ terminat, Atlanticum diceretur. Et ut alibi etiam (interea dum multis ſæculis conata Deo repugnare Saturnina Chameſis impietas, ſponte ſuis ſceleſtis conatibus corrueret, Deo ſenſim ſcelerum uindictam tarditate etiam præter æternam alterius uitæ pœnam compenſante) latiſsimè nominis Italici, Attalici'ue (nam nedum hodie de uocalium uſu in Orientalibus linguis conuenit) famam extenderet, in eam partem Atlantidis ſeu mundi noui, quæ alioqui Chameſiæ proxima eſt, habitatores de ſuo nomine Atlãtidas miſit, ita ut demum in Ægypto in ſacris annalibus ſeruaretur illius gentis Atlanticę memoria, quoad Plato bis in ſuis ſcriptis illam conſeruauit, & penè conſecrauit. Nunc autem ferè deſtructa per Chriſti uictoriam Chameſitana gente, quintogeniti Tubalei ſiue Hiſpani iura patris recuperarunt. Nam iam tota una maxima coniunctione quæ 800 an-

nos a Caroli Magni temporibus durat, ſuumq́ effectum uſque ad 1583 Salutis annum, quum alia incipiet, complet, ipſi Gomeritæ Galli continuè ob ditiſsimas piſcationes adeundo ipſa Atlantidis littora potuerant, ſi animum adhibuiſſent in ſua iura paterna, tamdiu ante Hiſpanos redire. Sed agendum eſt in omnibus οὕτω καὶ ἱστορίῃ. Nam uigilantibus, & non dormientibus, iura ſubuenire æquum eſt. Sed ad rem. Peruerſis in Italia rebus à Chameſe, ita ut Gomeri poſteros tanquam ab illo corruptos, coactus ſit Ianus ultra fluuium cum Saturnitis ablegare, & ſeorſim à Tuſciah illa & cultu ſacro Ituræorum Aſſyriorum'ue, à quo Ethruſci ſiue Tuſciani (nunc Thuſcanos dicunt) exercendo dicebantur, ſeparare: unde quum Galli & Gomrani fugiendæ maleficæ conuerſationis gratia diſceſsiſſent, forſan ſui Druidæ non habebant amplius eam doctrinæ ueritatem, quam Ianus docuerat. Vnde & Druidæ & Ethruſci cum ſua imperfecta doctrina, ſtatim publicata legis Semianæ Melchiſedekianę'ue perfectione in Euangelio, cum ſuis ſcriptis periere. Fundato itaque cum hac peruerſa intentione Chameſitarum ſtudio, quo in omnem ſcelerum licentiam, ſed ſecretè tamen, & quaſi ſacrorum prętextu graſſantem, (eo quòd infimæ & ſeruilis conditionis homines in Saturnalibus 12 ultimis anni diebus ubiuis gentium, ſed maximè in Saturnia & Latij urbibus celebrari in Italia ſolitis unà conueniebant) palàm tandem licentioſiſsimum & ſeruis ſimile, ruſticorum pauperum'que genus, conſpirabant in omne ſcelus:

ne ſcelus:cuiuſmodi aliquãdo & in Bacchanalibus, alijs'que ludis eſt cum publica etiam animaduerſione deprehenſum. Ferè itaque de ſanctis Iani inſtitutis nil ſupererat præter cultus externos Veſtalium, à Veſta Iani uxore inſtitutarum: & Ianalia, quæ (ut notauit Herodianus) adhuc à liberis & nobilibus patricijs'que hominibus fieri in principio anni ſolebant, ad Iani honorem, eo quòd annum ipſe inſtituerat: ſicut Saturnalia in fine anni in Saturni ſeruorũ ſerui recordationem fuerant inſtituta. Sed ut & illud modicum quod ſupererat funditus obliteraretur de Iani ſanctiſsimi uiri & Saturnitarum exhæredatoris, imò ſcelerum omnium & maximè tyranidis profligatoris memorijs ſupereſſe uidebatur, & ut Ilia ueſtalis etiã poſt ſacrilegij & fornicationis ſcelus poſſet haberi innocens, & à deo aliquo compreſſa, Romulus ſummus Chameſitanæ improbitatis aſſertor, & inter profugos paſtores'que educatus, collecta eorũ manu attraxit facilè maximam uulgi partem in ſuam ſententiam, ita ut occiſis illis qui eius conatibus potuiſſent obſiſtere, & inter cæteros fratre Remo, liberè cœperit profiteri & aſſerere ſe eſſe Romæ fundatorem & conditorem. Quum enim Iani ſaltem ante 1200 annos eſſent duæ urbes ampliſsimæ Ianiculum & Saturnia, ita ut locus ille per antonomaſiam Antipolis, quaſi ciuitatum mundi caput eſſet nuncupatus, & tam ampla iam eſſet Saturnia, ut paulo poſt Romulũ, qui tamen nil ibi præter Auentini montis arcem edomando loco opportunam ędificaſſe

legitur, trecentis aureorum millibus cura ædiliũ curaret ſolummodo cloacas purgari, quarum ( teſte alioqui oculato Plinio ) Tarquinij priſci temporibus fabrica iam tanta erat, ut inter mundi miracula reponi poſſet, ita ut ſub ſingulis uijs in fornicato cloacarum opere currus fœno onuſtus poſſe tunc agi duciq́ teſtaretur. Vnde conſtat ( ſicut non obſcurè & Virgilius in 8. Æn. & Ouid. in Faſtorum 1. & Halicarnaſſeus Dionyſius, Macrobius, Plinius & alij multi ſcriptores teſtantur ) iam fuiſſe permaximæ habitationis urbes duas, antequam conſtructa, in Saturnia arce, ut loci quem opprimebat uideretur fundator, edictum poſuit capitale, ne alterum nomen ( quaſi genius, ſi efferretur, poſſet euocari, alioq́ traduci fundatio ) in uulgus auderet efferre : quod ſciens 400 ferè poſtea annis Romanorum doctiſſimus, nobiliſsimus & ditiſsimus Valerius Soranus, eo quod dixit nomen alterũ & iam ante Romulum 1200 annis à fundata urbe impoſitum eſſe IANICVLVM, inſutus in culeum, fuit in Tyberim ſubmerſus. Omnes itaq́ ſacras Noachi prophetæ ſanctiſſimi memorias, nomine Iani ubiuis repoſitas extinguere ſategit: ſed ante omnes alias, quę in loco ciuitatis, & in anni conſtitutione cum temporis æterna certiſsimaq́ lege ſeruabantur. Vnde fingens ſe in Martis honorem uelle anni ponere principium, abſtulit à capite anni Ianuarium, in quo Iani memoria ( uel teſte in uetuſtis Problematibus Plutarcho ) coniuncta cum primo ſolis ad nos redeuntis ſigni gradu deſtrueretur. Et

tur. Et ſic nebulo tyrannorum maximus, ſui noui & in decimeſtri ſpacio, impoſsibilis anni conſtitutione, euertit funditus leges temporum: ita ut nunc ob illius erratum, capita ſignorum à capitibus menſium, quæ unà per Iani inſtitutionem ſemper incedebant, diſtent 21 diebus. Nam quũ æquinoctialis uerni ſignum in ordine quartum, primum gradũ cum prima Aprilis menſis æquinoctialis die haberet, nunc cum 10 die Martij habet, ita ut ſingulis 106 annis ſit uno die anticipando erratum. Vnde ſi quis demonſtratiuè uelit huius Romulei erroris fontem probare, diuidat annos qui à Romulo ad noſtra tempora 1552. Sal. anno, per 160 inueniet errati finem. Deus itaque probandæ in Noachi prophetijs ſummæ ueritatis gratia, uoluit in Chameſitana iſthac tyrannide contra Iapeti ius inſtituta, & demum per tam ualidum aſſertorem Romulum inſtaurata, ut etiam ſubactis ferè totius Iapetiæ, Chameſiæ & Semiæ præclariſsimis dominijs, & coacta totius mundi potentia & gloria in hac quarta Monarchia Satanæ, demum quũ Semianus REX regum ueniret, ut ſponte ſub Cæſare Romulio & Chameſio uitã Paupertate, Probro & Dolore antea abundè probatam poneret: & demum unius piſcatoris, ijſdem armis muniti manu, opera & doctrina, Cæſarum ordinẽ in Iapetinum ordinem ſub Conſtantino, ſi Romæ perſtitiſſet, reduceret. Sed quia princeps ille (alioqui futurus fœliciſsimus, ſi in tabernaculis Semi Romæ acquiſitis perſiſtẽdo, ſummá que immunitate abſque ulla ſollicitu-

dine tẽporali ipſorum) proſpiciendo nõ attendit huic ſummę & finali uocationi omnium temporalium principum mundi, non perſtitit, ſed duas Babylones ex una fabricando, duplicem cauſam ruinæ mundo peperit: unam in Melchiſedekiano, alteram in Iapetino ordine. Vnde opus fuit hos duos filios unà caſtigari, donec omnia Reſtituantur: & quo tempore creatus fuit Adamus perſonalis in Geneſeos diebus, eorum in durationis mundi millenarijs numero dierum reſpondentibus, politicus & magnus generaliſque totius humani generis homo, maſcula ſacri ordinis miniſtrorum authoritate ex Dei uerbo rectè intellecto petita, & fœminea temporalis principatus de eius latere educti & proprietatem rerum toti mundo aſsignantis ratione per leges Iapeti ſiue Romanas moderata, ſub una ſummi Pontificatus Chriſti potentia, & ſub eiuſdem regni ſapientia componatur: & ſic uideatur nefarius tyrannidum ſuſcitator, tam Satanas inuiſibilis Eccleſiæ hoſtis, quàm Chameſes pſeudopolitiæ author, fuiſſe, dum maximè nocere cupiuit, ſeruorum fratrum ſuorum ſeruus. Sic ipſe Noe ſiue Ianus per gratiam ſeminis ſui finalis, qui IESVS CHRISTVS eſt, uera uitis, & uerus panis, attulerit REQVIEM ab operibus manuum noſtrarum, de terra cui Deus maledixerat. Sic & hoc modo Chriſtus nunc per Rationalem Iapetini regni ex Melchiſedekiano dormiente, incogitante utroque, educti prudentiam & ſapientiam, Iſraelis regnum reſtituet.

*De maxima*

*De maxima Chriſtianorum hactenus toti orbi Latino incognitorum multitudine.*

NOn immeritò mouit ſcrupulum Munſtero, in fine eius declarationis typi Coſmographici quam præfixit libro qui Nouus orbis eſt inſcriptus, quî fieri poſsit ut ſit uera eorum ſententia, qui Presbyteri Ioannis regnum in Semia ponunt: quum hodie conſtet certiſsimè, eſſe in Chameſia. Nam ueritatem rei ignorantibus uidetur, ſtare nõ poſſe, quum à loco regni unius ad alterum ſint pluſquam octies mille millia paſſuum. Vnus enim ad Nilum, alter ſupra, bis mille millia paſſuum ultra Gangẽ agere legitur. Sed utraque eſt ueriſsima hiſtoria. Vnus enim, ſed primus, eſt in Chameſia, cuius ditio & regnum à Nili fontibus uſque ad eiuſdem fluminis Catadupas Ægypto continuas protenditur: quantum ferè zona torrida, ut uocabant, ſeu uia ſolis patet. Nam uerſus Auſtrum ferè ad primum ſolis ad nos accedentis ſignum, quod fabulæ, quas refugio, Capricornum uocãt, ad nos uerò multum citra noſtrũ tropicum extenditur, ita ut ſaltem ſit eius ditio tota Chriſtiana, & Melchiſedekianæ doctrinæ perfectæ ſubdita, per 48 gradus meridiani, quæ longitudo eſt quàm Iapetia noſtra maior. Vbiq; autẽ ferè tam lata eſt, quàm ubi Iapeti pars iſthęc eſt ampliſsima. Et hæc quidem fama tenui hactenus innotuerat: Coſmographicę autem menſurę beneficio quãta ſit, nunc primùm innoteſcit. Maxima aũt pars huiusgẽtis, eo ꝙ pro pace publica, & nõ pro ulla neceſsitate ad ſalutẽ ſic fuit à beato Matthæo,

Matthæo, & poſtea, illo à rege Hirtaco ob conſecratam inter uirgines deo ſacras Iphigeniã, quam Rex ſponſam petens adamabat, occiſo, à beato Bartholomæo inſtituta, ut ſecundum Apoſtolorum Conſilij ordinationem unà cum neceſſarijs Chriſtianiſmi ritibus legalia ad tempus & pacis publicæ cauſa obſeruarent, quoad omnes conuerterentur, habet quoſdam ritus à Latinis differentes, & qui ſine pacis publicæ beneficio aut decreto Apoſtolico ſeruari non debuiſſent: ut quæ inter cętera ſeruat tam Sabbathum quàm Dominicam, & etiam in quadrageſima (gens alioqui ad portentum uſq; ieiuniorum & quatuor quadrageſimarum obſeruatrix) Sabbatho, ſicut & Dominica die abſtinet à ieiunio, ualdeq; illis duobus diebus inter ieiunandum indulget genio: & in multis locis Circumciſio, ſicut & Baptiſmus obſeruantur: & qui dolorem circumciſionis ſuis pueris nolunt imponere, multo acerbiorem ex candente ferro ut plurimùm in aliqua faciei parte horribiliter exarando inflicto, inferunt. Sunt permulti, qui nunquam quicquã panis eduliorum'ue tota uita, ſed ſolis herbis aut crudis, ſi eſu poſsibiles habeant, aut ſine ſale coctis, totam 120 & 130 annorum ſaniſsimi degant. Multi uerò 180 annos nati, etiã operas ditioribus locant. Vidi ipſe 50 annos natos, quorum patres ultra 180 annos agere, mihi ſunt teſtati Ieroſolymis. Sed de moribus non eſt in Compendio tractandum, quum in Diſpunctionibus ſit ordinatum. Vnum non eſt obmittendum, quòd nullis unquam hæreſeon

uexa-

uexationibus ſunt affecti, quum ob multas alias cauſas, tum maximè eo quòd ſatagentes ſemper fieri omnibus omnia, maluere infirmos, modeſtè tamen & non contentioſe diſceptantes, ſupportare, quàm præſcindere aut excōmunicare, maximè ubi ſinceræ fidei articulos faterentur & approbarēt: palàm dicentes, Deum tandem effecturum, ut quicquid falſi dicatur contra ueritatem, ipſe deſtruat, & ſolam ueritatem ſeruari regnaréque faciat. Altera cauſa eſt, quòd Rex ipſe tanquam immunitatis Eccleſiæ conſeruator uerus, & rerum terrenarum temporalis poſſeſſor, nunquam permiſit, ut alicuius ſummi Pontificis aut Patriarchæ ſiue Abuna (ut uocant) opes poſſent creſcere, aut dari ulli ſuorum parentum, aut ut illo mortuo peruenirent ad ſucceſſorem. Nam omnia Rex ſibi mortuo Pontifice uendicat: & ideo putant, quòd ſe Pontificem aut ſacerdotem ſimul & Regem aſſerat. Sed uerum non eſt. Nam tam Romæ quàm Ieroſolymis familiariter cum eius gentis piiſsimis hominibus ſum uerſatus, qui de hac re & pleriſque aliis, quas in Diſpunctiones aſſeruo, me informarunt. Maior itaque eſt Chriſtianiſmi ueri, & non fucati, quem'que perinde Rex & quiuis princeps ad unguem uti minimus è plebe obſeruat, potentia & regnum inter Ch uſſæos iſtos Æthiopas, quàm apud nos qui ſanctiſſimi dicimur: ea una culpa, quòd omnes Latinæ eccleſiæ miniſtri ſummis ſolis'que opibus hactenus attenti, dicunt, non faciunt: & ſciunt ferre, ſed non perf rre aut ſufferre leges. Quomodo

i autem

autem ſit & unde natus alter Pretoiannes, attendendum eſt. Sicut ex certiſsimis rerum Orientalium hiſtorijs habeo, Thomas apoſtolus Indiam meridianam uſque in Gangis fines adijt, ut qui ægrè & poſt omnes alios Apoſtolos crediderat, omnes diligentia & labore uincere contenderet. Vbi itaque primùm illos quos Malauaros hodie dicunt informaſſet fide, audiuit interiora poſsidere (uidelicet ultra Paropaniſos montes & orientaliores Gangis fontes) gentem, quæ iam ante eius aduentum eſſet ijſdem proximè dogmatibus imbuta. Illuc itaque profectus, inuenit Tarſeſtanam regionem, ſiue Tharſis, cuius reges ad Chriſtum adorandum 40 aut circiter antè annis uenerant, & maxima ſuæ ſcientiæ Aſtronomicæ regiæ'que dignitatis authoritate, ſed longè amplius uirtute illius fidei quam de nuper nato adorato'que IESV per gratiam (nondum emiſſa Euangelij doctrina) conceperant, iam Eccleſiam ampliſsimam in nomine Schiahcah, hoc eſt Solis æterni, ſiue æterni Imperatoris, collegerant: quũ'que eſſent 10 tribuum Iſrael, quæ ad illum uſque meridianum confugerant, pars longè nobiliſsima, iam illos ſuos cõtribules, qui cum illis remanſerant, in 10 tribus rurſus ſub tanti regis obedientia diuiſerant, (quæ diuiſio in hanc uſq; diem, quantumuis ſint à Tataris oppreſsi, durat inter Tarſenſes illos, nudipedes tamen ob Deum incarnatum, Chriſtianos) Hos itaque B. Thomas informauit optimè de totius uitæ IESV Chriſti doctrina, curſu & fructu. Sed quũ duæ aliæ partes

eorum

eorum eſſent magis ad Aquilones, aut ſaltem ad Euroaquilones extenſæ (nam totis 700 annis, ſupra decies centena millia hominum abducta, ualde multiplicata eſſe oportebat, nempe una citra montes, altera autem ultra Imaos mõtes) ad illam uſque quæ erat ultra mõtes in ipſo extremo ad Aquilones Semię angulo, ducę & mittente admirando apoſtolo Thoma ſunt profecti, qui tãtam cõuerſionẽ Tatarorũ ſiue oblitarũ ibi 10 tribuum Iſraelitarum, ibi fecerunt, ut unus ibi ſummus Patriarcha ſit conſtitutus. qui quum fuiſſet ab Apoſtolo informatus de illa Eccleſia Æthiopica, quæ iam 1200 ferè annis ante Chriſti aduentum ad Iudaiſmum ſub Solomone rege, nõdum facta diuiſione Ieroboami, hoc eſt ab Eccleſiæ Catholicæ conſenſu per reginam Saba, & filium eius Melichum à Salomone genitum, fuerat conuerſa, & demum ſtatim opera duorum primariorum Apoſtolorum perfecta, reformata & conuerſa ad Chriſtum fuiſſet: uoluere, ut ſuus Patriarcha, ſicut & Æthiopiæ rex, diceretur Giochan Belul, id eſt, lapis precioſus: unde poſtea utriuſque nominis penes Latinos corruptio. uocarunt enim Græcè presbyterum, Æthiopicè Giochan. Sed quum illi iampridem à ſua regni in terra Iſrael malè petiti, peius acceptati, ſed peſsime, derelicto Deo, 200 ferè annis aſſerti regni Regiſque terreni ambitione reſipiſcentes & conuerſi, rediiſſent ad Scithi parẽtis Scitharum tabernacula, ſed multo recentiori exemplo præcepto & memoria ad ea tabernacula in quibus Noe prædixerat, nec

ſine iuſsione, Semũ Melchiſedekum'ue habitare,
unde Sarmauthicam uitam amplectebantur, iſti
Semiani Pretoiani aſſeclæ tam ut auitum Tataro-
rum Scitharum'ue morem habitãdi in tabernacu
lis, quàm ut Chriſtianam perfectionem nihil pro-
prium poſsidendi ſequerentur, uocarunt (humi-
li ſanè uocabulo) ſummum illum Patriarcham
Orientalem Vmchan, ſiue Emchan: hoc eſt Ma-
tricem, matrem ſiue primarium totius orbis ta-
bernaculum: ita ut ſicut alumni Græcæ Eccleſiæ
per antonomaſiam Patriarchalem Conſtantino-
poleos ciuitatem dicere ſunt ſoliti πόλιν, & quũ
eò irent, ire εἰς τὴν πόλιν (unde Turcæ dixere
Stambol:) ſic illi omnes in ſuis Scithicis taberna-
culis habitantes, dicere cœpere ſolius ſummi Pon
tificis tentorium, & poſtea ipſam etiam dignita-
tem Vm Chan. Omnes itaq; hi populi, licet
Schiahcah regem regum uocarẽt, ut à magis (qui
antequam nominatus eſſet, illum ſalutauerant)
audiuerant eſſe uocandum: tamen etiam lingua
propria uulgari ipſius Chriſti, quæ ea de re toto
in Oriente latè effuſa eſt, & unde ſacra ſunt in Ar-
goniam linguam traducta, Meſchicha uocatus
eſt: ſicut apud Iudæos Maſsiach, apud nos ex
Græcis Chriſtus. Inde factum eſt, ut ubiuis in to-
ta Semiæ Orientalis parte, paulatim ſyllaba Me,
quæ eſt breuiſsima, & uix Syriacè ſentiri dũ pro-
fertur ſolita, quia aut ſine puncto aut cum ſeua
legitur, intermiſſa, ipſi Chriſto remanſerit nomẽ
Schicha, Schiacha & Sachah: quo uocabulo in
tota oriẽtali Tataria, in Serica ſiue Mangi, in Chi
na, Cochin-

na, Cochinchina & Cathaio, atque adeò in inſu-
la Giapan nuper à Portugallenſibus iuxta Semiæ
littus reperta, & iam per Ieſuitas ad Chriſti melio
rem cognitionem reuocari ſolita, nominatur. Li
cet autem ſumma Satanæ inuidia & factione per
Neſtorianos toto in Oriẽte ſuſcitata, perierit de-
fectu bonorum librorum Euangelica doctrina,
cum proprio ipſius Chriſti nomine, ita ut pauci
Nazaran (nam Chriſti Greca uox ibi ignoratur)
ſe ſciant uocare, quantumuis baptiſati ſint: dico
pauci, comparatione priorum temporum, non in
ſe, nam ſunt nobis Latinis multo plures: tamen
& qui à Schiacha, & qui à Nazareth Nazran di-
cuntur, omnes reuera in hoc conſentiunt, quòd
fuit ante 1500 annos Rex unus ex ſua matre, abſq;
eo quod pater illam unquã contigiſſet, natus, qui
in uita ſua totus fuit miraculoſus, in fine ultimo
Aſiæ, ſiue Semiæ, aut ad occidentem ſolem, (ut
ex illis quæ ipſi Iudææ orientalis ſunt locis oſten
dunt) qui fuit Rex potentiſsimus, & filius Regis
potentiſsimi, & qui iuſsit ut uirtus & ſanctitas
toto in mundo ſeruaretur: & ita fuit potens, ut
idola toto in mundo iuſſerit & fecerit per ſuos
nuncios frangi (quod innumeris idolis fractis in
ſua patria eorum Apoſtolorũ iuſſu, uerum oſten
dunt) & unum Deum qui ſolus eſt, & tres tamen
facies habet (unde per imaginum abuſum in tota
inſula Giapan ſtatuæ maximè tricipites, & aliæ
mulieris puerum in ulnis geſtantis, quæ erant, ut
uidetur, Deiparæ uirgini conſecratæ, adhuc ex-
tant, ut ex prima Ieſuitarum de rebus Giapaneis

Epiſtola patet ) in toto mundo adorari curauerit, fecerit'que. Et reuera quum Giapan & extrema Semia parum, aut quaſi nihil, maximè Aſia ab Atlantide diſtet, credibile eſt, odorem huius imperfectæ cognitionis de Chriſto, quam Tarſenſes Magi attulerãt, unà cum crucis memoria, peruenisſe uſque in ſeptentrionalem Atlantidem, in Culhuacana regione, ubi cum ieiunijs & uitæ ſumma auſteritate quidam Quezalcouatlius, ueſte alba rubeis crucibus obtecta ueſtitus prędicauit, Dei unius timorem, & pœnę prę miȷ'que æterni poſt hanc uitam eſſe neceſſariò futurã retributionem. Boni enim uiri ibi credebant, QVOD DEVS EST, & quòd remunerator eſt. De iſto quidem nihil dixero, niſi quia facilè mihi perſuadeo, longè magis in omnem terram demiſiſſe ſui primi aduentus & Apoſtolorũ ſonum, quàm nunc uictoriæ Chriſtianorũ circa orbem terræ fama decurrat, ob ſubacta Chameſię, Semiæ & Atlantidis littora. De Aſiæ Semiæ'ue finibus, & de Giapan, res eſt omnino certiſsima. Nam non ita ante multos annos quidam ex Armenia Epiſcopi, tanquã qui uicini ſunt Antiochię, ubi poſt excõmunicationẽ Quartodecimanorũ, Orientales primam ueram'que contendunt B. apoſtoli Petri ſedem eſſe, ſolebant eò proficiſci, illorum confirmandorum & baptiſandi gratia, poſtquam ſedes Vmchan fuit à Chingis Chan deſtructa, eo quòd nunc uix ſuæ ditioni tutandæ ſatis ſit. Sic aũt res contigit. Quum ille Orientalis Pretoianus optimè ab initio inſtitutus in ſuo ordine & ſucceſſoribus, per

bus,per opes (ut apud nos)miniſtris in proprietatem datas, cœpiſſet ambitione, luxuria & ſummis opibus,à Paupertatis, Doloris & Probri uita in uirtutis exercitio penes primitiuæ Eccleſiæ Chriſtianos conſtituta recedere,cœpit tyrannicè ſuos opprimere, & illorũ uires ne contra eum rebellarent ob afflictiones, ſeparare, atq; in lite exercere: donec tandẽ miſerorũ Tatarorum (ſic enim uocabant, tam quòd non eſſent conuerſi, q̃ quòd erant illorũ Turcomanorũ & Turcarũ,qui pridẽ inde ad occaſum redierant reliquię,quæ Syriaca & Heb. lingua Totar dicũtur) Deus, qui omniũ, & maximè ſuorũ afflictionibus conuerſorum ubiuis gentiũ miſeretur, illos ad rebellandũ tam uehemẽter cõtra Vmchanum cõmouit,ut illum in bello fregerint: & paulo pòſt, ut nõ tantum illius, ſed totius ferè orbis uſq; in Germaniã peccata punirẽt diuinitùs, ad mõtis Imai radices mare illis per nouẽ pedes (referente Haytono) aperuit, & illos ita emiſit,tantaq; ibi eſſe multitudine oſtendit, ut rurſus in ortum clariſsima, uerſus occaſum minima, uerſus Auſtrum mediocris pars emiſſa reuera ubi Chriſtiani erãt, in odium Vmchani fecerint Iug & Mugug, ut uocant, ſeu Gogi & Magoghi (ut ſacra dicũt) incurſionem, deſtructa ubiuis Chriſtianæ Eccleſiæ facie. Hæc aũt circa annũ Sal. 1230 facta ſunt, ut & Hayton Armeniæ rex, & Polus patricius Venetus,q tum uixere, & ibi fuere, ſcribũt. Voluit quidẽ poſtea Vmchanus ille rex (nam tributarijs Chriſtianis permittitur ſub Chan,id eſt ſub papilionis tabernaculi'ue

naculi'ue

naculi'ue olim ſummi, (nunc autem & ciuitatum maximarum & ſummi regni mũdi Dominis) ut Vmchani eligantur adhuc, ſed miſeriores ſint quàm ſub Turchis hodie, olim ſuperbiſsimus, antea Patriarcha Conſtantinopolitanus) ut poſtea in ſtatu cõfirmaretur, ut filiarum eius una daretur in ancillã ſummo Chan, eo quod fuit deſtructus, propterea quòd Chingiſſo Chani propter fabrilis artis uilitatem, à qua diuinitus in Regẽ fuerat electus, petenti filiam in matrimonium dare noluerat. Et ſic totis 300 annis, & ſuprà, uiuit obſcurus, & ſub Chan Tatari lege permiſsiua, qui permiſsiuam Dei quàm ordinatiuam in ſua tyrannide uoluntatem maluit facere. Cæterùm Tarocorama prouincia eſt, ubi & Vmchan Chriſtianus ſummam amiſit, & Tatari ſummã acquiſiuere oppreſsis Chriſtianis potentiam: ad quam ut à nobis eatur, ſunt poſt 26 menſes longi itineris à Roma incipientis 40 dies continui deſerti. Populi autem Chriſtiani Argonij tam potentes aliquãdo ibi fuere, etiã poſt deſtructũ Vmchan, ut tracto in ſuam ſententiam Argone filio Abaga Chan, qui patris alienati à Chriſtianis licentia factus eſt Chan & ipſe Chriſtianus, potuerint uſq; in Franciam ſollicitare principes Chriſtianos cõtra Iſmaelitas, qui iam partem Tatarorum in ſuarum nugarum deliramenta Coranica pertraxerant. Quoniam autem illa mutatio affinis eſt illi, quam ſuis ſibi factionibus quidam, credentes Deum per Chriſtum amplius res humanas non curare, in caput accerſunt, qui curantur & non ſa-

nantur

nantur, quibus cantatur & non ſaltant, qui nil aliud habent quàm כיצו לצו קו לצו, Manda manda, expecta expecta: ideo in hac hiſtoria uolui exponere, tam ad rei nuper geſtæ ueritatē, quàm ad propediem, ſed longè maiori ſtrage & uindicta futuram, ut qui legit intelligat. Quanta fide superſint in aliȷs regionibus Chriſtiani, uel duo abunde exempla probabunt. Vnum, geſtum in ciuitate Samarcanda, ad Hircani maris ortū ſita. Quū enim ſub illis Chanis Tataris qui opera Regis Armeniæ Haytoni fuerant ad fidem conuerſi, Chriſtiani illius urbis conſtruere maxima totius orbis forma tēplum D. Ioh. Baptiſtę memoriȷs uellent, & ad altiſsimæ latiſsimæ'que, & ideo ſuper unam columnam in medio ſitam quieſcentis fornicis machinam ſuſtinendam indigerent ſumma altitudine columna, perinde forti uti & alta: Iſmaelitæ autem, quorum opes & uires à Chriſtianis principibus tunc affligebantur, haberent columnam iam exciſam, quæ operi idonea ſuſtentando erat, coacti ſunt illā concedere Chriſtianis, ita ut opus inde dependêret. Cæterùm paulo pòſt principibus Chriſtianis uita functis, & Iſmaelitis præualentibus, ſtatim populus euertendi templi gratia repetiuit à Chriſtianis ſuam columnā. unde Chriſtiani ad ſolius Dei ſpem conuerſi, tanta ui fidei illum implorarunt, ut in ſublime eleuata fornix, unà ſecum quaſi unū ſaxum continuū eſſet, traxerit columnā pluſquā pedali altitudine à ſua baſi. quo miraculo uix ullum eſt magis uiſendū: & cuius gratia multi Iſmaelitæ ſunt ad Chriſtum con-

 uerſi.

uerſi. Non minori fide ſe eſſe, quamuis pauci ſuperſint in Perſide circa Tauris, paulo antè oſtenderant illi, quibus quum iuſſu Iſmaelitæ Chaliphæ uolentis in Chriſti doctrinam calumniam ſtruere, dictum eſt, omnino eſſe falſam legẽ Chriſtianorum, quæ unam meram falſitatem in ſe haberet, ubi Chriſtus dixit, fore ut ſi quis fidem haberet, montem ſuo moueret loco. Hoc unum eſſe decretum, ut trium rerum propoſitarum una neceſſariò fiat: aut ut fide oratione'ue tanta ſe eſſe monſtrent, ut talis mons à ſuo moueatur loco: aut ut ſi nequeant, dogma Muhamedis profiteantur: aut tertiò, ſe ad unũ necandos eſſe ſcirent. Tunc omnibus conterritis, ſurrexit unus fide plenus, qui confortatis cæteris iuſsit illi monti dicens: Turo Zel Men Hoſſo bſemo dleſua Mſicho moran. quod ex Chriſti lingua in noſtrã uerſum ſonat: Abi mons hinc in nomine IESV Chriſti Domini noſtri. Et ſtatim ita motus eſt à ſuę baſeos loco mons, ut permulti Iſmaelitæ tunc uiſo miraculo facti ſint Chriſtiani. Mons autẽ media in planicie eſt, referentibus Chriſtianis, inter Bagdad & Tauris. Duæ uerò res maximè perdidere ibi Chriſtianiſmum: defectus librorum Euangelicorum, quos ubicunque poſſunt habere Muhamedici deſtruunt, ſed multo magis uiuæ uocis & prædicationis ueræ. Altera illa eſt, quòd traducta in ſuorum bonorum operum & in ſuæ ſanctioris uitæ merita, popularium ſpe, prælati, & longè magis religioſi monachiq́;, quorum in Giapano Cataio Mangi & alibi eſt infinita multitudo, hypocri-

do, hypocriticam uitam ſimulata ſpecie ſanctitatis aſſumens, & ſibi ſolis legis cognitionem uendicans, cõuerſa eſt tota in abhominandiſsima ſcelera, ita ut iram Dei loco reconciliationis prouocauerint, & nil planè ſacræ doctrinæ nec apud eos, nec apud populos remanſerit, ſed ſolummodo publicæ & ſeueriſsimæ (uti in primitiua Ecclesia præſcribebatur) pœnitentiæ forma quotannis per 80 aut 90 dies repeti ſolita, neglectũ pietatis in cæteris genuerit. Et certè, etiam ſi uera eſſet apud quoſcunque populos pietas & Chriſti cognitio, inciperentq; falsa quadam uel ſuorũ uel alienorum præterquam unius Chriſti meritorũ confidentia ſuperbire populi, eſſet potius uel à Deo ipſo ordinatus æneus ſerpens conterendus, quàm ut Diuino honori quicquam detrahatur. Summus autem Pontifex apud Giapanios, qui dicitur Voũs, eadem cum ſuis Bonzis (ſic enim ibi monachos uocant) hypocriſi utitur, niſi quod (ſicut & cæteri ſacerdotes) uxoratus totis dimidijs lunationibus, dum luna uidelicet à ſole recedit, ſummis & aſsiduis uigilijs ieiunijs & precibus uacat: altera autem dimidia luna, luxui & amplexibus quantũ poteſt attendit. Sic & ipſe Vmchanus in Aſia. Sed non eſt dubium, quòd ſi quis ſumma prudentia cum illis ageret, ita ut non deſtruere, ſed Reſtituere illorum per ſuaſionẽ ſe fingeret, noſtram reponeret quam non eſt dubiũ hereticorum factione & prælatorum ſegnitia illos perdidiſſe doctrinam de Chriſto, ut per ignoti Dei colluſionem Paulus Athenienſes captauit:

 illi ſta-

illi ſtatim non ſolum conuerterentur, ſed rurſus totum Orientem conuerterent. De Iſmaelitis, ubicunque ſunt, non eſt dubium, eſſe ſemichriſtianos: qui, etſi non uerè, ſed ex occaſione, memorias ueteris & noui Teſtamenti ſpargunt: & inter cæteros multos Chriſtianæ fidei articulos, ſaltem hoc mordicus tenent, Quòd IESVS natus ex ſemperuirgine Maria, atque de ſpiritu ſancto cõceptus, et à Chriſtanis receptus, eſt CHRISTVS in lege Iudaica promiſſus, qui in anima & corpore eſt in cœlo, ut ſummus Dei amicus, VNDE VENTVRVS EST IVDICARE VIVOS ET MORTVOS IVDICIO IVSTO. Licet enim non potuere hactenus, quomodo Deus ſit Trinunus, aut quòd Chriſtus ſit Deus, aut quòd Deus illũ permiſerit occidi & mori (quod caput & ſumma finisq́ fidei eſt) intelligere, quia nemo illos docere per rationem, ut opus eſt, ſategit: tamen illi omnino ſunt ut Chriſtiani perfecti fierent diſpoſitiſsimi, maximè in Turchica aula, & in Pharſiſtam ſeu Perſide, penes Sophi. Quum ſumma miſeria & infirmitas, imò pernicioſiſsima utrobique licentia ſcelerum nobis omnino abſtulerit libertatem agendi ex ſola uerbi Dei, quantumuis etiam rectè intellecti, autoritate: quam neceſſe eſt uel exemplis uitæq́ ſanctæ probitate, uel ſignis & miraculis inculcari, contra falſitates cuiuſcunque ſint authoritatis, ita ut utroque beneficio ſimus hodie omnino deſtituti: & ſolummodo uideamur in hoc nati, ut Diaboli inſtar nil aliud omnino agamus quàm calumniari illos qui nobiſcum

nobiſcum non conſentiunt: opus eſt ſanè, ut ad Rationis rectę ueræq́ʒ, hoc eſt à Chriſto illuminatæ & reſtitutæ arma deſcendentes, ſatagamus, ut omni poſcenti aut petere potenti rationem eius quæ in nobis eſt fidei, ipſam reddamus Rationem, quæ omnes compellat ſalua libertate intrare, ut ſic ex ſemifidelibus aut ſemichriſtianis fiant toti in ſolidū Chriſtiani. Ideo Deus nobis præparauit hanc meſſem, in qua hodie innumeri ſunt qui magis ex animo (quamuis extrinſecus per ſolas Corani nugas cōmoti) cupiunt fieri Chriſtiani quàm nos, qui cognitionē Dei & Chriſti filij eius, ex uno fidei Symbolo profitemur, & cane peius & angue nos mutuò odientes aut dilacerātes, peiorē ſtatum in mundū centum Iſmaeliſmis ſenſim introducimus: ita ut meritò ualde & ueriſsimè ſcripſerit quidam, Suos alumnos eſſe decies Sodomitis deteriores. Illos enim cernebat, iam ſtatim ex quò incepit illis nouam libertatis uiam aperire, eſſe δὶς διὰ πασῶν omnibus ſcelerum formis peiores illis, quos tanquā Babylonica captiuitate oppreſſos reformare uolebat. Ratio itaque, ut dixi, Diuinitùs nunc à Chriſto in omnibus illis qui illi parêre uolunt reſtituta, cogat omnino intrare tantam gentium multitudinem ad æternæ ueritatis conuiuium neceſſe eſt. Ideo ſunt per linguę Arabicę beneficium in totam Chameſiam (pręterquàm ubi iam ſunt Chriſtiani) & in totā Semiam, & in tertiam Iapetiæ partem, non ſine Dei miſericordia, quantumuis cum ueneno Coranico diffuſum, cum excuſo in ea Euāgelio con

ducendi ad perfectionem eius ueritatis, cuius iam 980 annis lucem guſtāt. De orbis terræ Concordia ad huius rationis præparationem fuit pridem ſcriptum, & typis Oporini excuſum opus. Euangelij Arabici uetuſtiſsima exemplaria ſunt in hoc comparata. Ad hoc iam eſt procurata in ipſius Chriſti lingua eiuſdem Euangelij pro Semianis Chriſtianis conſeruandis confortandiſq́ʒ typographia. Deſunt, qui opus unà promoueant. Sed Dominus, cuius opus eſt proprium, non deerit. Vna ſola legatione, à legatis pro Chriſto mori, ſolum ut dent ſuæ fidei rationem, paratis, apud omnes mundi principes animoſiſsimè ſuſcepta, tantum negotium paucisſimis annis poſſet perfici. Nam quod ad Atlantidis habitatores attinet, quantū poſſunt armis milites conſequi, tantum gentium in fidei obedientiam ueniūt. Sed nec uis nec authoritas ſine probitate uitæ, fecit unquam firmum fundamentum. Poſt Iſmaelitas uerò ſunt ſolido imperio & abſoluto Moſcouitæ. Vnde ratione prius erga Iſmaelitas adhibita, ſummæ potentiæ mundi, una ex Latino orbe, altera ex Aethiopico, tertia ex Scithico (in qua re exequenda, finis eſt Coſmographiæ) poterunt contra Iſmaelitas, ſi rationem ducem fugiant, comparari, ut ſicut manus eius in Reipub. Chriſtianæ euerſionem fuere contra omnes: ſic & manus omnium, uel ſaltem inter Iapetitas Semianos, & Chameſitas conuerſos præſtātiſsimorum contra eundem ad eum debellandum conuertantur. Sed conandum

dum ſumma diligentia eſt, ne ſacroſanctæ huius repenſionis & uindictæ Diuinæ miniſtri, ex quacunq; tandē parte mundi procedant, ſuam uictoriam auariciæ, ſuperbiæ aut luxuriæ, cæterarumque libidinum infamia, uti hactenus factum eſt, commaculent: ſed ut ſolius æternæ Rationis, cuius Iſmaelitæ ſint capaces, aſſertores, in ſeipſis prius quàm in hoſtibus leges obſeruari demonſtrent. Nam nulla gens hactenus, & minimè omnium Iſmaelitica, unquā Chriſtianiſmum ob doctrinæ Euangelicę ueritatem exhorruit aut fugit: ſed propterea, quòd ipſius ſanctiſsimi ſtatus profeſſores tam ſpirituales quàm temporales, factis ſuam legem negant. Hæc enim fuit cauſa, quam uaferrimus nebulo & bis Chameſites Muhamedes prætexuit pro ſuo Alcorano ſtabiliendo, ut lex tandem haberetur, (ut dicebat) quæ facilius poſſet obſeruari. Et ita incautos traxit in ruinam: quam ne malis moribus amplius confirment augeantq; Chriſtiani, cauendum eſt.

FINIS.

~~10113~~
E561
P857c

RUWKL

fh.741390.

A.h.